

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christian Christiani

**Corona Pacis Sive Schema & Synopticum, quoddam doctrinae Pacis Scriptum
primum praevium, in quo Historica relatione ... in forma coronae introducitur &
docetur ...**

Helmaestadi[i]: Mullerus, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn793004969>

Druck Freier  Zugang



CHARLES STEPHENSON LIBRARY

1.2



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn793004969/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn793004969/phys_0001)

DFG

Fc

Fc-1601^{1.2}.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn793004969/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn793004969/phys_0003)

DFG



CORONA PACIS

SIVE

Schema & Synopticum, quoddam doctrinæ
Pacis Scriptum primum prævium, in quo Historica re-
latione, atq; enumeratione, multiplicium, quæ antiquis
temporibus, in ludis Olympiacis, Pythiis, Isthmiis, Nemeis & e-
jusmodi exercitiis aliis, præsertim verò in bellis & eorum Trium-
phis, Pancratias, Palæstritis, & aliis luctatoribus, loco Brabæ,
in signum & præmium strenuitatis & victoriae, dari consueverunt Coronarum,
benignæ atq; exoptatae Pacis studium, in forma coronæ intro-
ducitur & doceatur,

Quoniam omnium optima atq; pretiosissima sit, quam Reges & Princi-
pes in capite suo & regnis gestare queant; Corona, videlicet Pax & concor-
dia, quam sibi merito instar Coronacaram & commendatam habere debeant
huius mundi Magnates, non secus, atq; coronas suas solent magnificare, pro-
pterea quod hodiernis nostri seculi temporibus, multò augustior promotione pa-
cis, quam olim pugnis & praliis & ciuimodis spectaculis & militaribus con-
flictibus aliis fieri potuit, corona comparari & acquiri potest.

Pro voto felicitatis, nec non boni nominis & ominis,
ut & pacifici novi regiminis augurio, quo in Electoralem officii
sui administratiōnem, quasi imposta corona, in nomine Sacro
Sanctæ Trinitatis, publicis precibus, Illustrissimus atq; Potentissi-
mus Princeps & Dominus, Dominus Fridericus V Vilhelmus, Mat-
thio Brandenburgensis & SS. Rom. Imperii Elector, &c. bonis avibus immitteretur,
die penitentiali Electorio, qui in 8. lunii sive die Mercurii post Dominicam Tri-
nitatis Anno 1642. intidit, explicatione Malm. 21. publica
conceione propositum.

Et nunc pro Prodromo Germanici, hac de re concepti scripti, in quo hec, qua-
bic delibatim & extremis saltē nuda dispositioni & allegationum apiculis in
medium adducuntur, prolixius illustrantur, nec non consimilium quorun-
dam aliorum, in quibus ipsa pacis realia, decem dimigoriis integris pertra-
etantur tabellari saltē hao idem & Sctographia typis commissa, usq; dum
ipsum, è quo hec, quæ bic summatis saltē referuntur desumpta sunt, proto-
typon, in sua Symmetria, & pleno contextu pralo posit inseqni;

Per

M. Christianum Christiani, Stetinensem, Pomeranum, ad annos
30. Pastorem Ecclesie Petrinæ apud Stendalienses, in Veteris Marchiæ Metropoli
& Ministrii, quod ibidem est, Seniorem.

HELMAESTADI, Typis HENNINGI MYLLERI, Anno 1642.

Catalogus

Sive

Series quorundam scriptorum, de negotio Pacis conceptorum, quanam
illorum sint nomina, qua Methodo, & quo numero se invicem exceptu-
rā sint, si prelo publicari possent.

1. Prima hujus pertractionis Diathesis à Deo initium facit, & incipit à primo
pacis autore & principio, eoque falso & commentatito quisnam sit, qui non pro
pacis datore & collatore habendus, & quomodo ille ipse non in gentilium Idolis,
aut Pontificiorum sanctis ut Patronis & Diis Tuteſaribus, quærendus sit.

2. De Deo vero Pacis autore & Collatore 1. quis sit, à quo pax profiscatur, &
deveniat, videlicet facio sancta Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, qui pro-
pterea Deus pacis, & pax reciprocè, pax Dei dicitur; 2. Nec non de laudibus &
opiatæ pacis Encomis, quæ inde exurgunt, & resulant, quod pax non Angelos,
homines aut alias creaturas, sed Deum autem habeat, ut & 3. De definitione no-
minis & Rei, quid sit Pax, 4. Nec non de prima pacis specie, pace nimirum spirituali
& interna, quid de ea statuendum sit.

5. De divisione sive 1. variis pacis speciebus quotuplex sit, 2. præstertim de se-
cunda pacis specie, pace nempe temporali, 3. Nec non de causis impulsivis quæ
quemlibet Christianum ad studium pacis & concordiae cohortari debeant.

4. De voto sive spirituali recuperandæ pacis modo, qui sit de votis precibus ju-
xta vota & ritus salutationem veterum,

5. De via sive temporali redintegranda pacis modo, qui consistit in salutariibus
pactis, & sanis alijs pacis consiliis, ad pacem Hierosolymæ facientibus.

6. Defutura pacis spe, & a ea firma & constans quedam præsentibus hisce no-
stris ultimis paulò ante mundi finem temporibus, præsumi queat,

7. De Impedimentis & hucusq; deficientis pacis obſtaculis quænam fuerint, &
adhuc sint, quæ pacem retardant, & quomodo illis ipsis non propediem è medio re-
motis non nihil infelix eventus timendus sit.

8. De auxiliis & fortissimis pacis præsidij, quibus nisi queamus in medijs er-
iam contrariis meliora sperando;

9. De dulcissimis Dei promissionibus, quibus se vel tandem desolatis regioni-
bus dulcissimam pacem redditum repollitus est, ut illis ipsis erigere & fidem no-
stram firmare queamus, ne vel præsumtio, vel falsa sit persuasio & inanis imagina-
tio sed firmum fundamentum habeat, quo ceu certa fiducia nisi queat;

10. De pace vitæ æternæ quam per beatam emigrationem & lætissimam resur-
rectionem in cœlesti Hierosolyma sperare & anhelare debeamus, si spes temporalis
pacis omnino fuerit frustranea;

Vna quævis earum stylo & filo Germanico concepta, decem ad minimum ter-
nionibus constans integrum sistema pacis constituit, in quo ut plusimum, pleraq;
quæ de pace spirituali, & eternali præserit temporali vel restituenda vel speranda,
nec non de modo restitutionis spirituali & temporali, in scriptura sacra, Historijs
profanis, Poetis, Oratorijs, & eiusmodi alijs autoribus inveniuntur, comprehensa
sunt.

Serenissimo atq; Potentissimo Principi
ac Domino

DN. FRIDERICO WILHELMO,
Marchioni Brandenburgensi, Sacro Sancti Ro-
mani Imperii ArchiCamerario, & Electori, Borussiæ, Iuliæ,
Cliviæ & Montis, Stetinensium, Cassubiorum & Vandalorum, ut
& Croshensium & Iegerndorfensium Duci, Burgravio Norin-
bergensi, Principi Rugiæ, Comiti Marchiæ, Ravensbergen-
sium, & Ravensteinensium Domino, Domino
meo clementissimo.

GRATIAM ET PACEM;

Erenissime atq; Potentissime Princeps ac Domine, Domine
& Elector Clementissime, Commemoratu non indigna-
sunt, quæ ab Historicis perhibentur, de quibusdam qui in
aliquibus rebus præ alijs antecelluerunt, & in quibusdam
studiis, præ aliis fuere clari & celebres quales fuere;

I. In naturalibus, sive eximiis quibusdam naturæ operibus &
virtutibus, utpote

1. Donis animi, videlicet, Graci ingenio, Rhadamantus In-
dicio, Cynicus memoria, & alij alio modo excellentes.

2. Donis corporis, ut Lyncus & Argus visu, Absolon & Ne-
reus forma, seu externa corporis pulcritudine, Goliath, Simson &
Milo, Crotoniatarobore, Gigantes corporis proceritate, Patriarchæ
antediluviani vita longevitate, Asahel celeritate alios superantes.

3. Donis fortunæ, ut Ahasverus & Nebucadnezar, Potentia,
Cræsus, & Syracusani divitiae, Curetes ære, Phœnices bobus & ar-
mentis, Argiviequis, Siculi frugibus, & terra nascentibus, Scytæ
feris, Chalibes ferro, & alij alios, aliis rebus vincentes.

II. Virtualibus sive in signibus quibusdam virtutibus animi,
ut Numareligione, Regulus fide, Salomon sapientia, Catogravitate,
L. Scavola constantia, Trajanus bonitate, Appollonius temperantia,

Joseph, Susanna & Hypolitus pudicitia & castitate, David precibus,
Iob patientia, Maria mater Domini humilitate, Alexander Magnus &
Lutherus magnanimitate, Cleanthes laboris iustitate, alios excedentes.
Quo pertinent & vita animi quibus alijs alios superarunt, ut Alexan-
drini dolis Circe Marci Vmbri & Pselli beneficis, Zoraaster magia,
Thusci aruspicio.

III. Habitualibus sive artificialibus usq[ue] liberalibus, quales
fuere AEgypti & Babyloni Astrologia, Archidamas Geometria, Cice-
ro eloquio, Hippocrates & Crotoniae Medicina, Euclides nume-
ris, Apollidorus Grammatica, Lacones Loquendi brevitate, Plato &
Aristoteles Philosophia, Archilochus Iambis, Lacedemones legibus, A-
lexandrinus Grammatica, Geometria, & Philosophia pro pollentes;

IV. Manualibus sive opificiis Mechanicis, ut Appelles pictura,
Praxiteles sculptura, Athenienses arte statuaria, AEgenit & athletica,
Mitilinai arte Cytharistica, Thebani tibiarum modulus, Amphion &
Orpheus Lyra & Musica, Alcinous hortis, Aristaeus mellifico, Tyssage-
tae & Lyræ venationibus, Amazones peltis & securi, Hannibal stra-
tagemate, Arachne lanificio, Typhis ut & Athenienses arte nautica,
Chiron & Alcon arcu, Execestides peregrinatione, Manzes Florentinus
Sphaeristrio, Pollux, Phlegyas & Boëtys palestra & exercitiis Gymni-
cis, AEgypti Sistro, Cretenses Gelony, Scytæ, Ithuriæ & Parthi sagit-
tis, Hylas cestu, Lycas stadiis, Castor equis & alij aliter, quemadmodum
testatur Lucanus inquiens:

Tunc & Ituræ Mediæ Arabesq[ue] soluto,
Arcuturbaminex ausquam rexere sagittas.

Et Tibullus:

Veramanent Thuscis exta probata viris.

Et de Polluce equitatu claro scribit Statius lib. 5. Sylv.

----- Nontoties victorem Castor agyo,

Nec fratrem cestu virides plausere Therapna;

Presertim vero Sidonius qui antecedentia & paulò ante commemo-
ravelut in compendio complectitur inquiens,

Pollux

Pollux cum cestu laudatus, Castor habens,
Pallas tum cervis, Delia tum pharetris,
Alcides clava, mavors tum lusit in hastas,
Atlas tum virga Nebride tum Bromius;
Item. Axe Pelops, cursu Hippomenes luctaque Achilleus,
Aeneas bellis spectatus Gorgone Perseus;

V. Ego vero horum exempla imitatus, si in arte quadam excellere, vel inclarescere vellem, aut possem, nihil est, quod magis in votis haberem, quam ut in studio pacis possem palmarum consequi, partim pro me, & prae Malevolorum infectionibus pacem possidendo, partim alijs artem, & certas pacis publicae regulas prescribendo. Illud ipsum enim si praestarem & dextro oscine effectum darem, mea opinione tantam rem agerem, qua omnes antecedentium conatus, si non superaret, certè saltem multò maxime aquaret.

VII Illud ipsum autem quemadmodum Atlantis opus esse, non ignoro longe meis impar humeris: Ita tamen aggredi & non nihil attentare non dubitavi, scripta quedam adornando, in quibus optat & pacis negotium, hucusq; non parum collapsum, & quid de illo sperandum, nec ne sit, Item quibus modis tam spiritualibus quam corporalibus redintegrari queat, quodammodo delineatæ est, ut quemadmodum in initio mei Mystery annis 1617. 1618. 1619. 1620. 1621. omnis generis scripta bellicæ publicavi, que in prototypo expressius denominata sunt, sic in fine tam officij, quam viæ propemodum meæ limine & termino scripta quedam pacis divulgarem, quibus quasi imposito colophone labores Ecclesiasticos meos concluderem. An fortassis possit fieri ut quemadmodum predicta mea scripta bellica infelix mox subsequentis belli præsagium fuere, post quæ confestim, ex quo interecto annorum intervallo, hi qui ad huc hic loci versantur & durant, tumultus bellici securi sunt, sic scripta mea pacis, quæ à nunc publicarem, propediem & proxime iterum allucescentis & sperande benignæ pacis præberent præludium, & illam ipsam iterum præforibus esse significantem, non secus ac Romanorum duplex vestitus, quo belli tempore sagis, sub pacis

vero statu Togis amicti sunt, diversum dedit indicium, ut si suot tempore
ex historijs copiosius comprobabitur;

VII. Ac ut hujus rei velt tandem aliquale specimen exhiberetur,
nihil est quod maluissem, quam ut è vestigio ad rem ipsam, & ipsos in-
frontispicio scripti delineatos pacis tractatus principales accedere, &
illo ipsos in sua symmetria & integro contextu stylo & filio Germanico
potuisse producere. Quia vero tanta est praesentium temporum in-
juria, ut id propter ferociam belli, qua Mars arti longè predominatur,
& propter defectum sumtuum Typographicorum debito modo fieri
non potuerit, ne viderer omnino nihil agere, & quo minus audirem,
quod spes & res mea omnino in spongia incumbant, & hucusq; meus
impensus labor totus frustraneus & inanis sit, & in cassum abeat, pro
more apud literatos passim recepto, à prolegomenis & quibusdam
præcognitis initium facere, & aliquid in medium volui consulere, quod
ad pacis commendationem ficeret, illam ipsam in forma Corona Regiae
introducendo, & demonstrando, quod optima, quam in capitibus &
regnis suis Magnates gestare queant, Corona, Pax sit, & quod quem-
admodum olim corona pugnis & præliis acquisitæ sunt, sic hodie multo
laudabilius studio pacis comparari queant, & quod quemadmodum Ma-
gnates coronas suas in magno pretio habere solent, sic quoq; pacem ma-
gnificere, & sibi commendata habere debeant, propterea quod Corona
Coronarum, & Coronarum Imperialium & Regiarum sit, omnium
optima, nullisq; vel Imperatoriis vel Regiis Coronis aqua parari queat;

Et illud ipsum saltem in Sciographia & tabellari quodam schema-
te Stylo Latino lucrandorum sumtuum typographicorum ergo, & quo
minus in nimis immensam summam excrescerent, ut ex illis saltem
prægustus, & futurorum posset desumi præludium, è quo à longinquo,
& quasi eminus per transennam posse perspicere, quid in futuris exspe-
ctandum sit, donec, quod super haec conceptum est prototypon Ger-
manicum, suo tempore posset inseguiri;

VIII. Quod vero causas attinet, quas ob ego praesentem hanc hu-
jus rei Ideam & telam Illustrissima vestra cœlitutini dedicare volu-
erim,

erim, multæ essent, quæ in medium afferri possent quod me ad prædictum praes-
positum compulerint: Quia vero illæ ipsa in prototypo copiæ suis enumera-
tæ sunt, haud duxi opus esse, hic loci repetere, sed consultius esse existimavi, si ad
illius publicationem reservarentur. Ut autem illarum saltem aliqua constent
primaria, sequentes sunt, videlicet quod id factum,

1. Propter nominis allusionem, ut quia Illustrissima vestra Celsitudo Fridericus
vocatur, proilla ipsa vota fierint, ut sere & omne Fridericum, id est
Salomonem, Irenaeum & pacificum sive Divitem pace prabeat, quemadmo-
dum Fridericus nomine dicunt,

2. Propter novi regiminis gratulationem ut Illustrissima v. Celsitudinis
publica precium solennitate qua hebdomade Trinitatis instituta est, in nomi-
ne sacrae Trinitatis, corona pacis imponeretur.

3. Propter Illustrissima vestra Celsitudinis benedictionem, ut illa publi-
cis precibus ad regiminis sui Electoralis administrationem, immitteretur &
illi ipsi ad eandem prospera quavis exoptarentur, quemadmodum factum est
in homagio Salomonis & Iosaphati. Item ingressu Christi in urbem Hierosolymam
regio, ut illis pleno ore et cum iubilo ab universo populo salutis acclamata sit,
pro ut legitur 1. Reg. 1. 17. 39. & 2. Reg. 11. 13. 2. Paral. 23. 16. Psal. 18. 26.
Matth. 21. 9. Marci 11. 10. Luc. 19. 38. Et illud ipsum primarium Ministerii
officium sit, ut huius negotii partes exequatur, quemadmodum videre est, in
unctione Saulis & Davidis que à Samuele & coronatione Salomonis & Iosaphati à
Sadocho & Iosada sacerdotibus prestata, 1. Sam. 10. 11. 16. 13. 1. Reg. 1. 39. 2. Reg. 11.
13. 2. Paral. 23. 10.

4. Propter Majorum meorum imitationem, à quibus idem factum esse
invenio, in contingentibus regiminum vicisitadinibus, ut vel conscripti Epis-
todiis super obitu seniorum planetus & luctus publicos, vel super successione no-
vorum Principium congratulationes instituerint, quemadmodum testantur
quam plurima, à b. meo parente conscripta carmina, quorum Exemplaria
suo tempore exhiberi possunt. Ut presenti tempore idem facere & maiorum
laudabilia vestigia terere meum sit, ubi Illustrissima v. Celsitudo Elector quin-
tus est, cuius ego regimen recordari queo, quemadmodum suo tempore in pu-
blicatione prototypi expressius demonstrabitur.

5. Ad moris mei pristinæ continuationem, quod id ipsum facere anniæ aca-
cedentibus conserverim, quemadmodum testatur Corona mea Imperialis
in memoriam Invictissimi Imperatoris Matthiae & Illustrissimi Electori
Brandenburgiæ Domini Iohannis Sigismundi eodem fere tempore obser-
tium

tiuum scripta, & anno 1619. impressa, cuius ductum sequi & porro continuare
volui,

6. Ad officii mei peculiarem executionem, quod id pre aliis facere me-
um esse visum fuis propterea quod non modo Ministerii nostratis Stendalensis,
sed & totius veteris Marchia & Prignizia ferè senior sum, qui per 30. annos
in Ecclesia Dei desudavi ut paucos presertim in urbibus inveniri rear, qui me
annis officii superent.

7. Ad mei meorumq; commendationem, ut hac ratione Illustriſime
veſtræ Celsitudini me insinuem, si fortassis illius patrocinium & defenſionem
implorare opus fuerit.

8. Et qua iſtiusmodi rationes plures eſſe poſſunt, que me ad huius dedica-
tionis institutionem conmoverunt, quia omnes relevantes eſſe autumo ut cle-
mentem locum inueniant.

VII. Quapropter ut illud ipſum fiat & presens hac mea optatum fu-
um scopum consequatur intentio, ea quapar est, & qua fieri debet humillima
animi ſubiectione, etiam atq; etiam rogo, ut Serenissimo vultu quod offertur
Illustriſima veſtræ Celsitudo recipere & ſe in posterum Dominum meum Cle-
mentiſimum prabere, dignetur, qui mihi omnis generis illuſtria beneficia por-
rò largiatur & conſerat, ſalutem meam & meorum promovendo;

Pro quo illius Celsitudini ad quacunq; debitæ ſubiectionis ſervitia & ob-
ſequia, preſertim verò memorem me ſemper depraedicatorem & deprecatorem
offerō, qui ſibi ſalutem Illustriſime Veſtræ & Celsitudinis & totius domus Brau-
denburgiaca indeſſis precibus Dei omnipotenti ſtudioſe committendam ſe-
dido commendatam habeat, apud cœleſte Numen ſollicitando ut Illustriſima
Veſtræ Celsitudini firmam paletudinem unacum longeva vita & regionum
ſuarum conſante pace largiri velit.

Illustriſimam Veſtram Celsitudinem cum Illustriſima Domina Matre
& Electoralibus Dominis ſroribus, totaq; Illustriſima Domus Brandenbur-
giaca Proſapia & Electoralibus Agnatis & Cognatis tutela & validiſimo
Dei omnipotentis protegmini devote demandando;

Dabam Stendalia 25. Iunii quierat dies Iohannis Baptiſta anno 1642.

Illustriſimæ v. Celsitudi-
ſubiectiſimus ſervus

M. Christianus Christian.

C O R O N A
P A C I S,

In qua optatæ & benignæ Pa-
cis studium in forma Co-
ronæ Regiæ intro-
ducitur.

A V T O R E

M. Christiano Christiani Pastore apud
Stendalienses Petrino & Mini-
sterii Seniore.

HELMESTADI,
Typis HENNINGI MULLERI.
Anno clo 15c XLII.



CORONA PACIS

Sive

Synopticum quoddam de negocio pacis
Scriptum, quibusdam aliis futuris, Prolegomenon lo-
co præmissum primum prævium in quo studium pa-
cis & Concordiæ sub forma Coronæ Re-
giæ commendatum introducitur.

VESTIBULVM.

Sive

Generale Procœnum Scripti constitutionem & gene-
ralem dispositionem continens.



Hristiane quisquis es Lector, cui hæ, quas vi-
des pagellæ perlustrandæ exhibentur quod Plato
in Alcibiade, Laertius in vitis Philosophorum,
Cælius Rhodiginus Antiq. Le&t. lib. 3. cap. 5.
Alex. ab Alex. Genial dierib. 2. cap. 19. Aelian.
lib. 8. Var. hist. cap. 21. & ejusmodi Autores alii de Archi-
vis, Amphyctionibus, Atheniensibus & præsertim Sparta-
nis seu Lacedæmoniis, omnis generis populis, & eorum
sapientibus, utpote Phocione, Chilone, Lycurgo & aliis
memorant, quod nimirum brevitatis studiosi fuerint, &
quæ alii longè sermonis Syrmate, & pomposis verborum
phaleris proferrent, ἐν εὐτοπῇ καὶ ἀληθείᾳ
λογίᾳ καὶ βαθμογνωμονίᾳ succisa lingua ore tereti & rotundo
remotis omnibus supervacaneis & iis quæ pro παρέγγειοις &
ἀπεργοτονοῖς hoc est impertinentibus & talibus haberi pos-
sent quæ parum ad rem sive minus ad rhombuni videren-
tur facete, sine omni superfluitate uno aut altero verbo po-
tuerint proloqui & sententiam quam vix alii periodo ab-
solvere potuerunt, duobus aut tribus verbis includere.
Illud ipsum est, quod in publicatione hujus scripti mihi u-

fu-

su venire videtur, quod talem Laconismum cogar committere, quandoquidem quæ alibi tractatu quodam Germanico prolixius & copiosius à me explicata sunt, in Epitomen & breve aliquod compendium cogar constipare, & conjicere, ut exinde eorum saltem summa, tanquam ex Ideâ & schemate in extremis allegationum & nudæ dispositionis apiculis, quasi è longinquo per transennam posse perspici, donec ipsum, quod super hac re conceptum est, in sua symmetria & integro verborum contextu stylo & filio Germanico, suo tempore sequi possit prototypou. Quia in reverum est equidem, quod non omnia æque commodè & competenter cum debito ornatu proferri queant, quam fieri potest, ubi pleno contextu proponuntur. Sed quod multa abrumbenda sint, quæ prolixius explicari possint, & neminem offendere debeat si multa nudis saltem terminis & allegatis introducenda, quæ alias longè latius diduci possent, & si ordo connexionis non adeò accuratè observari possit, quam fieri potest, ubi res quædam plenæ orationis tractu exornatur, sed quod eveniat Horatianum istud

----- brevis esse labore

Obscurus fio,

Interea tamen & hoc verum est, quod quemadmodum *βεδηχυλογία*, sive brevis in loquendo Laconum comitas Elegantia & gravitas potius virtutis quam vitio habita fuit, adeo ut res proverbio locum reliquerit, & quando argutus & nervosus sermo describi voluit qui momentum & pondus sive plus in recessu quam in fronte haberet, ille ipse *ἀργεῖον καὶ χιλόνιον λόγον* sive Laconismus vocatus, & paucis multa comprehendere Laconicè loqui dictum fuerit. Ita quoque confidam & rogatum velim, quod in me non vixerit interandum sit, si quid obscuritatis intercesserit, propterea quod umbrâ non corpus, nec imago res ipsa sit, cuius est imago. Sed inter Ideam & id cuius est Idea semper discriminem aliquod maneat ut alterum alteri non sit simile, Præsertim ubi constat, quod id non mea culpa, sed necessitate & præli difficultate fiat, quod multa in angustum co-

arctanda sint, lucratorum sumtuum typographicorum causa: ut illorum devitetur gravitas, quo minus in nimis immensam summam excrecat. Et hic procedendum sit, secundum effatum Comici, ut quimus quando ut volumus non licet. Item melius est il, quam nil, melius est ut aliquid quam omnino nihil fiat.

Quibus ita de brevitate hujus scripti præfatis & præviis sine ulterioribus ambagibus ad ipsam operis *epoachas* me accingo & generalem hujus opellæ dispositionem, in qua illius nodus nervus & cardo consistit, præmitto, quæ ista est, ut partes hujus scripti sint quatuor

1. *Proloquium*, 2. *Textus*.

3. *Exordium*, 4. *Exegesis*.

De quibus singulis Deo volente, & comite Spiritus sancti gratiâ ordine & decenter & quam fieri potest Laconice, id est breviter & solidè, & ut id ipsum in honorem Dei & multorum salutem cedat, faxit altissimus, per Christum Dominum nostrum. Amen.

PROLOQUIVM.

Quod attinet primam hujus scripti partem, nempe Proloquium, desumum illud ipsum est, à dicto Cassiodori super Palmum 37. quod continet

Literalem illius recitationem quæ ita habet, Bonus Doctor proœmiatur aptè, narrat aperte, colligit fortiter, ornat excelse, docet, delectat & afficit. Paraphrasticam illius interpretationem, quod pius Ecclesiæ Doctor verbis istis innuat, Boni Pastoris sive concinatoris Ecclesiæ constitutionem & conditionem, quomodo se in suo officio præbere debeat, si in docendo aliquid ardui velit suscipere, videlicet quod non modo omnia quæ proponere vult, solide & compertinenter, justa methodo pertractare, sed & formosum debeat facere initium, excitandæ attentionis gratia.

Dicti illius ad præsens meum propositum applicationem, quod idem quoque facere meum sit, ubi animo concep-

ceptum habeo, de pace scripta quædam divulgate, ut non
saltem omnia quæ ad istum locum communem pertinent,
quam fieri poterit, nervosè enucleē sed & pro illarum præ-
cognitione speciosa prolegomena præmittam,

Præsentis meæ pertractionis propositionem, vide-
licet quod id fatus, aliquid dicturus sum, de pacis præ-
stantiâ & dignitate sub forma corona Regia introductæ,

Precum pro successu operis expostulationem ut Deus
mihi ad hujus Thematis excusione Spiritus sui sancti
gratia adesse velit.

TEXTVS.

Qui est initium Psalmi vicesimi primi in verbis quæ
ita sonant.

Victori Canticum Davidis.
Iehova in fortitudine tua laetatur Rex, & in salutetu exul-
tat quam vehementissime.
Desiderium cordis ei⁹ dedisti ei, & prolationem labiorum
ejus, non prohibuisti, Selah.
Quoniam prævenisti eum benedictionibus boni; imposuisti
capiti ejus coronam auream.

EXORDIVM.

A variis veterum exercitiis quibus, gloriam & hono-
rem sive coronam laudis sibi viri strenui comparare con-
sueverunt continent,

1. Historicam relationem, quo ad eorum aliquos
qui vel venatu vel pugilatu, vel bellis excelluerunt,

2. Deinde practicam illorum exercitiorum ad me-
um propositum applicationem, ad quid nimirum historica
talis relatio inservire debeat.

DE PRIMO.

I. Quod attinet primum caput, nempe historicam
relationem quorundam, qui venatu excelluerunt fuere illi,

I. Inter Viros, Nimroth, Nicias, Melamon, Endy-
mion,

mion, Philodetus, Croeus, Hellimus, Mithridates &c alii
præsertim vero Orion, cuius mentionem facit, Ovid. lib. 1.
Metamorph. inquiens.

Erravit quoniam cœcidit venator Orion.

Et alibi.

Valle sequebatur jaculis venator Orion,

Sæpe sequens volucres retibus atq; feras,

Item, -- Cephalus cuius meminit, Ovid in Epistolis in
quiens.

Clarus erat quondam Cephalus multaq; per herbam,

Conciderant illo percutiente fera,

Nec tamen auroræ mgle se præbebat arandum

Ibat ad hunc sapiens pectore diva viro,

Et lib. I. Metam. Cephalum sic loquentem introducit;

Sum nemorum studiosus ait cædissq; ferina.

Virg. lib. 7. Aeneidos vocat Lausum filium Mezentii maximum ferarum debellatorem cum inquit,

Lausus equi domitor, debellator q; ferarum

Item Amycum vocat ferarum vastatorem lib. 9. Aeneid. in-
quiens,

Quo non velocior alter,

Vngere telamanus ferrumq; armare veneno,

Et lib. II. Aeneid. meminit Venatoris cuiusdam Orniti nomine inquiens.

procul Ornitus armis

Ignotus & equo venator lapsyge fertur,

Martialis lib. I. Epigram. meminit Venatoris cuiusdam nomine Carpophori, qui vixit tempore Domitiani Imperatoris ita de eo scribens:

Summatus Meleagre fuit, que gloria fama,

Et quota Carpophori portio, fusis aper.

Et lib. 12. Ad Priscum Venatorem quendam ita scribit

Parcius ut aris mone orapiente veredo,

Prisce nec in leporès tam violentus eas,

Sæpe

Sæpe satis fecit præda venator & arti,

Decidit excusus nec crediturus equo.

Et statius lib. 7. Theb. & Syllius lib. 16. scribunt de quodam
Aconteo.

Donec flammatus Aconteus,

Strage virum cui sueta feras prosternere virtus.

Horat. lib. Epistol commendat Gargilium quendam quod
Cervos in medium forum potuerit producere, inquiens :

Venemur ut olim.

Gargilius qui manè plagas venacula cervos

Differtum transire foram populumq. jubebat,

Vnus & è multis populo spectante referret,

Emitum mulus aprum.

2. Inter mulieres vero fœminæ venatrices fuere A-
mimone Danaifilia, Britona, Nympha, Martis filia, Hip-
pe uxor Chironis, filia Centauri in Peleo Thessaliæ mon-
te se venando exercens, Calisto. Lycaonis Regis, Arcadiæ
filia, Procris uxor Céphali & aliae; Præsertim verò Diana,
cujus meminit Ovid. lib. 1. Metamorph. inquiens,

Montibus errabat studiis operata Diana,

Et idem lib. 2. Fast.

Mille feras sylvis Phœbe venata redibat,

Arethusa Diana Comes, cujus meminit Virg. lib. 4. Georg.
inquiens,

Et tandem positis velox Arethusa sagittis,

Crane cujus meminit Ovid. lib. 1. Fast. in quibus,

Inde sat a est Nimphe Granem dixere priores,

Nec quicquam multis saepe peccata procis,

Rara sequi jacutisq. feras agitare solebat

Nedos s'q. caratendere valle plagas.

Item Atalanta cujus meminit Ovid. lib. 8. Metamorph. in-
quiens,

Venit Atalante Schonei pulcerrima virgo,

De cujus singulari velocitate pedum quā polluit scribit
Ovid. lib. 10. Metamorph.

For-

*For sit ait audieris aliquem volamine cursus,
Veloces superasse viros non fabula rumor,
Ille fuit superabat enim nec dicere possis,
Laude pedum formane bono præstantior esset,*
Statius lib. 6. Theb.

*Quis Menelajæ Atalanteæ
Nesciat egregium decus & vestigia cunctis,
Indepensa procis,
Hanc enim dicunt cursu certasse in Hippomenem, dum ab
eō in uxorem peteretur, unde Ovidius,*

*Dum talia secum
Exigit Hippomenes, cursu volat alite virgo
Quæ quanquam Schythica non segnius ire sagitta
Aonio visa est, iuvenit amen ille decoris,
Mirator magis est cursus, facit ipse decorum,
Aurare fert oblatas citis talaria planctis,
Hanc cursus concertationem describit Sidonius, dicens*

*Emicuit pernix populo trepidante virago,
Nil tota tactura gradu quin pallidus illas,
Respiceret medium post se de crescere campum,
Et longas ad signa vias statuq[ue] propinquo,
Pressus in hostilijam curreret anxius umbra
Donec ad anfractum metæ jam jamq[ue] relictus
Concitat & sparso fregit vestigia, pomo.*

De quibus Virg. lib. 4. Georg. Cic. lib. 5. de fin. Cæl. lib. 16. cap. 15. Valer. Flac. lib. 8. Argon. & alii autores consuendi sunt.

II. Quod attinet alios, qui pugillatu excelluere, fure illi, Nestor, de quo Homerus testatur, quod Clitomedeu lucta, Amphizum & Iphiclum cursu, Phileum & Polydoru jaætu superarit, Enthymius, Pycles, Locrensis natione prægrandem lapidem, præforibus Urbis jacentem, alio portavit, Ægeias Locrensis teste Pindaro in Iudis Olympiacis, & Theagnes de Thasia pugillatu celebris 140, alij dicunt, 1200.

1200. Coronas honorum consecutus est, quemadmodum
videre est apud Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Ethuijus gene-
ris fuere alij, utpote Pythodēmus, Dares, Carocus, Patro-
bius, quorum meminit Plin. lib. 25. cap. 12. Ægeias Syra-
cusanus, Archæas, Hylbæus, Astylius, Autotycus, Cleo-
medes, Cleomachus, Clitomachus, Choræbus, Democra-
tes, Demarchus, Diagoras, Rhodius, Epithersis, Hypo-
erus, Milo Crotoniata, Nicedorus, Montinæus, Polydo-
mas, Glaueus Carisius, Erydamas, Lachus Epidamius,
Ischomachus Tapsius, Cimon, Callias Atheniensis, Pyra-
gmon, Avenicen, Phrynen, Glycon, Phlegias, Alcida-
mas, Lycon Capneus, Ætholus, Agillæus Thidius, &
præsertim quidam nomine Anthæus, quorum Mayortia fa-
cta quodammodo sequentibus versibus Politianus compre-
hendit inquiens,

Incoluere animis duracertare palastra,

Neptuni quondam filius atq; Iovis,

Non certamen erant operoso ex ære lebetes,

Sed qui vel vitam vel ferat interitum,

Occidit Antæus, Iove natum vivere fas est,

Est q; Magistra Pales Græcia non Lybia,

*De quibus si quis fuerit, qui plura cognoscere desideret,
ille consulere poterit Herodotum lib. 4. & 6. Statium lib.
6. Theb. Cœlium Rhod. lib. 6. cap. 28. & lib. 16. ant. Le&t.
cap. 5.*

III. Præsertim verò inter prædictos & eorum simi-
les memorabiles præ alijs fuere, Broteus & Ammon, quorum
Virgilii mentionem facit ita inquiens,

Hinc gemini fratres Broteus & cestibus, Ammon,

Invicti vincí si possent cestibus enses,

*Et de ambobus Tyndaribus testis est Ovidius lib. 8. Meta-
morph. quod illorum alter equitatu alter pugillatu clarus
fuerit inquiens,*

Tyndaride gemini præstantes, cestibus alter,

Alter equo,

C

Et 2-

Et alibi :

Tyndarida fortis hic eques, ille pugil.

AEmilius Brebryciorum Rex, propter insignem, qua in arte pugillatus præcelluit, agilitatem, Neptuno præ alijs casus fuit, teste Valer. Flacco lib. 15. Argon. cum inquit:

Sparta Therapeum pugilem cum Gymnade pignem

Stratum Brebrycijs Amycum suscepit arenis

Item Buces Amyci & Erix Bucis filius excellentes pugiles fuere, teste Virg. lib. 5. AEneid. ubi ita scribit,

Victorem Buteu immanni corpore quise,

Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,

Perculit & fulvam oribundum ostendit arena.

IV. Quod attinet alios qui bellis clarí & celebres fuere, describuntur illi vel in genere, vel in specie, In genere, quo ad aliquos, qui se in prælijs & pugnis strenuos præbuere quales sunt, Moses, Iosua, Gideon, Iephta, Simon, Samgar, Iesabeam & alij, qui xat' εξοχὴν propter singularem vim, qua alios virtute bellicā antecelluerent, heroes Davidis dicti. Item Iudas Maccabaeus, & eorum similes, qui funde jactu capillum consequi aut alia stratagemata praestare potuerent, quorum fit mentio in scriptura sacra Iosuæ 6.20. Iudic. 7.22. Iudic. 12.7. Iudic. 15.15. Iud. 20.16.1. Sam. 17. 49.2. Sam. 23.8. Et alios quorum fit mentio in alijs historijs quales fuere, Cyrus, Darius, Xerxes Persarum Reges, Cleomenes & Archidamas duces Lacedæmoniorum, Demetrius Polycrates, Antigoni Regis Macedonum filius, Epaminandas, Thebanorum Princeps, Cadmus Atheniensium Rex, & Cominæus corundem dux belli perinlytus, Item Adrastus Archivlorum rex, Agesilaus, Brennus, Cambysis, Cimon, Cræsus, Evander, Iugurtha, Iason, Hercules, Pacorus, Perseus, Theseus, Pyrytheus, Achillides, Thideus, Thrasibulus, Manlius Torquatus, Attilius Regulus, Marcus Curtius, L. Licinius, Dentatus, Sempronius Grachus, Scipio Africanus, Paulus AEmilius. L. Scæva, Pompejus, & præsertim inter Græcos, Priamus, Hector, Paris, Deiphobus

bus, Menelaus, Ajax, Vlysses, Nestor, Diomedes, & u-
terque Patroclus, item Achilles, cuius mentionem facit Ho-
ratus inquiens:

Scriptor honoratum si forte reponis Achillem,

Impiger iracundus inexorabilis acer,

Fur a neget sibi natu nihil non arrogat armis.

Nec non Aeneas cuius animositatem depraedat Diome-
des apud Virgilium inquiens:

Munera, quæ patriis ad me portasti ab oris,

Vertite ad Anam: Stetimus tela aspera contra

Contulimusq; manus: experto credite quantus

In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.

De quibus si quis fuerit, qui plura scire desideret legat Li-
vium, Gellium, Svetonium, Plutarchum, Flavium Vopiscum,
Paulum Diaconum, Voiateranum & alios in specie Tro-
gum lib. 15. Iustinum lib. 2. & 5. Cœlium Rhodig. lib. 8. an-
tiq. Le&t. cap. 15. & Sabellicum, qui eorum pleraque nomi-
na & facta sequentibus versibus comprehendit inquiens:

Et quem decepte plectentem crimina dextra

Cernere magnanimus Porsena non potuit.

Tercentum fabios assertoreq; Camilos,

Nec quibus agnomen Africa terra dedit,

Non Catulos Denosque duos geminosq; Catones,

Non Capitolini nomina magna Laris,

Nectaceat Cossum nec te Marcelli relinquat,

Non Curios Phyrros Fabriciumq; senem,

Tollat in immensum Syllam Mariosq; feroce,

Pompejosq; duos Cesareamq; domum.

V. Præsertim vero & inspecie inter prædictos belli-
cosos viros & mavortia, quæ ab illis perpetrata sunt, facta
memorabilia sunt, quæ de monstrorum domitoribus refe-
runtur, quomodo inter illos fuerint quidam qui non cum
hominibus, sed horrendis quibusdam monstris, tanquam
semidæmonibus debuere congregati, quales fuere, Simson

& David, quibus utrisque cum Leonibus dimicandum fuit,
quod idem etiam contigit Lysimacho, ut cum Leone con-
flictari debuerit, Georgius Cappadox draconem interfe-
cit, cuius pestilentiali venenato habitu tota silea Lybię urbs
infesta est, Attilius Regulus apud Bagradam fluvium ser-
penteum 120. pedes longum, ut & Alemon Sagittarius Cre-
tensis alium serpentem immensae magnitudinis, è cuius
faucibus absorptum filium illasum protraxit, & Apollo
Pythonem Serpentem, à cuius nomine Pythius dictus est,
interfecit quemadmodum testatur Ovidius lib. i. Metamor-
ph. ita inquiens:

Hunc Deus arciteneas & nunquam talibus armis,
Ante nisus in damis capreisque fugacibus usus,
Mille gravem telis exhausta pene pharetra,
Perdidit effuso per vulnera nigra veneno.

Cadmus Agenotis filius confudit serpentem qui strido-
re dentium potuit armatas militum acies producere, semet
ipso mutuis vulneribus confidentes, Pallas, beluam, Alci-
dem flamas ore vomentem, Hercules, Hydram, Leonē,
aprum, cervum aripedem, Draconem, Hesperidum, An-
theum taurum flammiferam. Et quæ istiusmodi plura sunt,
quæ de Minotauro biformi, Geryone tricorpore, Sphyn-
ge, Caco mari Thessalii, prædone qui antica corporis
parte homo, postea equus fuit, in historiis memorantur, de
quibus Plin. lib. 7. histor. Nasur. cap. 14. Nicephor. histor.
Eccles. lib. 7. cap. 19. histor. Lombardia, cap. 56. Iaco-
bus de voragine, Petrus de Natalibus lib. 4. cap. 41. & alii
autores consulendi sunt. Inter quæ primaria sunt, quæ de
Perseo Iovis & Danae filio memorantur, quod occiderit
Medusam anguicomam, quæ loco capillorum capitis ser-
pentes in vertice considentes habuit quos irata irritare, &
contra lœstres excitare potuit, ut eorum sibilis & veneno
enecati, aut in scopulos conversi sint, quemadmodum testa-
tur Ovid. lib. 4. Metamorph. ita inquiens:

Gorgonis anguicomæ Perseus superator & alio,

Aethe-

Aetheras ansas jactatus ire per auras.

Et de Bellerophonte Glaci regis Corinthiorū filio, quod à
Menobæ Præti Archivorum Regis uxore falso stupri accu-
satus expositus sit, Chimæ triformi, quam tamen occi-
derit, quemadmodum testatur Ovid. lib. i tristium cum ait:

Nec quid' de tetrico referam domitore Chimæ,

Quem letho fallax hospita pœna dedit.

Item de Choræbo, quod monstrum toti Peloponensi for-
midabile occiderit, quemadmodum iterum testatur Ovi-
dius, ita hac de re inquiens:

Inq' tuos eapestis eat quem dextra Chorabi

Vicit, opem miseris agricolisque tulit.

De quibus in tractatibus meis de confessu superiore atque
inferiore, nec non de Mutilis & Mancis quatenus & quo
discrimine in Ministerium aliquid frequentius recipiendi,
& super alios viros benemeritos evrehendi, suo tempore
pluribus, quomodo fuerint qui cum serpentibus, & an-
guibus pugnare debuerint, & ab illis iti recesserint, eo-
dem modo quo illud ipsum adhuc hodie multis piis usu ve-
nit, quando cum hereticis & tyrannis, falsis fratribus, & in-
terdum monstrose natis conflietari coguntur.

DE SECUND O.

Quod attinet alterum hujus Exordii primarium mem-
brum, practicam nimirum antecedentium applicationem,
illa sextuplex sive sextimembris est, & continet

I. Antecedentium exercitorum liberam concessi-
onem commemoratu, quod quatenus ad excitandam animi
fortitudinem & corporis robur inserviunt, in personis
magnitudinis & strenuis absolute non culpanda multò mi-
nus omnino prohibenda, sed quod de illis, uti rebus quo-
dammodo utilibus cuique liberum suum relinquendum ju-
dicium, & arbitrium, ut se illis ipsis dedat, si illis sine de-
trimento valetudinis & neglectione officii vacare queat,

C 3 præ-

præsertim quo ad res bellicas , quibus mundus ad defensio-
nem vitæ & bonorum carere nequit,

II. Eorundem examinationem , qua concluditur ,
quod quam utilia & jucunda etiam esse videantur , ut pla-
cere possint otiosis ingeniis , attamen si penitus inspiciantur ,
sunt conatus evanidi , & inanes , quorum exiguis in vi-
ta humana esse usus potest , aut periculosi quibus facile ja-
dura vitæ & valetudinis fieri potest , prout exemplis in pro-
totypo probatur , quorundam qui in bellis venationibus &
pugillatibus , vel à feris , vel ab antagonistis & athletis
lethaliter vulnerati & toti peremti sunt , de quibus legi po-
test , M. Samuel Meigerus in Nucl. histor. part. I. lib. 3. cap.
10. pag. 311. 312. 313. 314. Et Iohannes Ravisius in officina
pag. 850.

III. Illorum correctionem , qua statuitur , quod si
emergere quis aut specimen virtutis velit edere , quo coro-
nam gloriæ promereri velit , multò consultiùs faciat su-
umque talentum multò melius collocet , si studio pacis se-
dulò incumbat , & operam det , ut collapsam pacem restitu-
at , in hoc enim omnium optimum facinus , quod non tem-
porali sed æterna quoque simul memoria & gloria dignum
perpetrabit , si beluam omnium pessimam , bellum nimi-
rum debellet & efficiet , ut coronam omnium optimam
impetrat , quæ Coronis omnium Imperatorum & Regum
multò præstantior est , ut quemadmodum olim coronæ pug-
nis & præliis , sic illæ hodierno die multò præstantius stu-
dio pacis comparari queant.

IV. Futuri hujus scripti propositionem , qua judi-
catur , quod cum ita constitutum sit , ut pax omnium opti-
mum sit , cui quis deditus esse queat , studium & quod co-
rona , quæ illo ipso acquiritur , multò sit augustior eoro-
nis bellicis , ego propositum habeam , pro prolegomenis
futurorum aliquot scriptorum , in quibus ipsa pacis realia
pertractabuntur , aliquid in medium consulere , de insigni
pacis dignitate & præstantia , sub forma Coronæ Impera-
trix & Regiæ introducta , & demonstrare , quod pax om-
nium

nium optima sit, quam in capitibus & regnis suis gestare
queant Imperatores, Reges & alii hujus mundi magnates,
corona, & quod ea multò præstantior sit quæ pace, quam
quæ olim bellis acquiri potuit, corona, ut inde merito mag-
nates commoveri debeant, illam ipsam studiosè inquire-
te, & venari juxta præscriptum & monitum Davidis Psalmo
35. v. 15.

V. Antedictæ propositionis dispositionem quæ ite-
rum bimembris est, & consistit,

1. In historica variarum coronarum, quæ antiquis
temporibus in usu fuerunt, relatione & commemoratione,
quales & quotuplices fuerint.

2. Eorundem Theologica ad præsens meum pro-
positum applicatione, ad quid nimirum historica talis re-
latio inservire debeat, videlicet ad pacis & aliarum virtus-
tum quæ per Coronas & earum margaritas præfigurantur,
commendationem.

VI. Illius dispositionis restrictionem, quæ indica-
tur, quod hic loci saltem de primo propositionis membro,
nempe de coronarum veterum historica relatione & de-
scriptione dicendum, & quid de illis ipsis statuendum, ser-
mo instituendus sit, & quod alterum illius caput Theologi-
ca nempe applicatio ad futuram homiliam rejiciendum.

VII. Precum profelici hujus operis successu reite-
ratam expostulationem, ut Deus ad hujus thematis solidam
enucleationem, Spiritus sui sancti gratiam opulenter lar-
giri velit,

EXEGESIS.

five

Prima Exegesis pars historica coronarum veterum,
quæ antiquitus in usu fuerint relatio, agit de antedictorum
exercitiorum remunerationibus, quodnam illorum fuerit
præmium qui præ alii victoriam obtinuerunt, & triumphum
deportarunt, & alios virtute superarunt, videlicet palma
& corona. Id quod ipsum probatur,

1. Di-

1. Digressione, à loco Pauli l. Corinth. 9. v. 24. de cursu stadiorum in quo præmii hujus fit mentio quando in genere βεβεῖον vocatur.

2. Illius præmii constitutione, qua expressa Corona vocatur, una cum illius significatione, sive Apostolica interpretatione, quid nobis Christianis hoc ipso indicetur.

3. Coronarum veterum descriptionem, quid fuerint, ratione nominis & rei, nec non ratione causarum, videlicet efficientis, materia, formæ, & finis.

4. Earundem divisionem & distinctionem, quotuplices & quam variæ fuerint videlicet non uniformes, sed multiplices & multifariæ, præsertim bellicæ, quæ pro ratione & quantitate meriti, vel majores vel minores in præmium virtutis dari consueverint, de quibus in sequentibus capitibus porro ordine.

DE PRIMO,

nempe

De Apostolica digressione sive specialium quorundam exercitiorum, quibus coronæ promereri solitæ sunt, commemoratione.

Quod attinet primum hujus Exegetæ membrum digressionem, nempe Apostolicam, à loco Paulino de cursu stadiorum, in quo cum primis Coronæ loco brabæ solitæ sint distribui, quarum occasione ad illatum descriptionem devenitur, continet illa,

1. Elegantem Apostoli allusionem à variis veterum exercitiis, in quibus præ aliis coronæ acquiri solitæ sint.

2. Illorum Iudorum descriptionem quid & quales fuerint.

1. Quod attinet primum allusionem nempe Paulinam, in qua brabæ istius fit mentio, quod veterum exercitiis promereri fuit solitum, de illo ita dicit, an nescitis, quod qui in stadio currunt, omnes currunt equidem, sed unus illorum saltem præmium accipit. Et verbis istis facit mentionem stadiorum, in quibus antiquitus decurri fuit soli-

solutum, ut præmium sive Brabænum aliquod impetraretur.
Et exinde figuram Christianismi sumit, & vult significare,
quod si ad consequendum temporale præmium homines a-
dedo officiosi & in dustri sint, ut nihil non agant, ut hono-
rem aliquem consequantur, multò magis nos studere debea-
mus, ut æternum præmium Christianismi & fidei nostræ
consequamur quod est vita æterna, uti Petrus vocat, 1. Pet.
1. v. 9.

II. Quod attinet alterum nempe illorum ludorum
descriptionem, sciendum est quod fuerint varii: & quod in
illis configendis valdè liberalis, & ferè ad prodigiū pro-
digia fuerit Græcia, Quemadmodum testatur Horatius lib.
2. Epistol. ita scribens:

*Vt primum positis nugari Græcia bellis
Cœpit, & in vitium fortuna labier' æqua:
Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum:
Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amavit:
Suspedit pictâ vultum mentemque tabella,
Nunc tibicinibus nunc est gavisa Tragædis:
Sub nutrice puella velut si luderet infans.*

Fuerunt enim inter illos celebrati.

Ludi Attici, quinquennales instituti apud Attium Epi-
ri promontorium ab Augusto post Antonium & Cleopatram
superatos in honorem Apollinis Attiaci.

Ludi AEacii qui fiebant de AEaco apud AEgeum.

Ludi seculares in honorem Apollinis & Dianæ, in-
stituti Centesimo quovis anno, de quibus præco proclama-
re fuit solitus per compita, venite ad ludos, quos nemo
mortaliū visurus est, aut videbit, Hos instituisse fertur
Val. Publicola propter exactos Reges, celebravit Philip-
pus Imp. anno post urbem conditam millesimo in quibus
fuere Elephanti 30. Alces 10. Tygri 10. Leones mansueti
40. Leopardi mansueti 30. Hyænæ 10. Gladiatorum fisca-
torum paria mille, Hippitamus quoque Rhinoceros, Ar-
coleontes, Camelopardi, Onagri & equi fuere innumerabiles.)

D

Ludi

Ludi gladiatori*ii* ad exercendam armis iuventutem,
ut si necessitas expostularet, hostem sine pavore aggredie-
rentur.

Ludi Scenici in quibus Comædia agebantur ab histrio-
nibus, instituti sunt ob petulantiam, accitis ex Etruria
ludionibus ad tibicinum modos saltantibus, Hi fiebant ut
Theatris, Ludivero Venatori*ii* & gladiatori*ii* in Amphi-
theatris.

Erant etiam ludi venatori*ii* in quibus posite in the-
atro feræut Tygres, Elephanti & Leones cum gladiato-
ribus congregientes usque ad mortem & casum alterius
partis, editi per dies quinque, ac novissima pugna divise-
in duas acies quingentis peditibus, Elephantis vicenis,
trecentis, equitibus hinc & inde commissis.

In venerationibus & gladiatori*is* soli conduci aut dam-
nati aut ambitiosi ostentatione sacrorum virorum adhibe-
bantur, quoniam maximum unius discrimen manebat.

Fuere & ludi Plebei qui instituti sunt a L. Sylla exactis
regibus pro libertate plebis.

Ludi Marathonii instituti ob taurum a Theseo inter-
fectum, ubi Phiala argentea dabatur præmium.

Ludi Dionysii fiebant in honorem Bachi compotati-
onibus & bibendi Licentia: his inerant populus & athlet*es*
passim coronati.

Ludi circenses fiebant in circo, ubi loca erant & sub-
sellia equitibus patribusque designata. Primus circum de-
signavit Tarquinius Priseus, Spectaculum faciebant, equi
in Gyrum ducti pugilesque ex Etruria maximè acciti. De
hi Tranquillus in Cæsare, Circensibus inquit spacio circi
ab utraque parte producto in gyrum, eurippo addito qua-
drigas, bigas & equos desultorios agitaverunt nobilissimi
Iuvenes.

Ludi Xystici, qui per hyemem exercebantur por-
ticu*m*: Nam Xystus latam porticum significat, inquit Vitru-
via lib. 6.

Principù verò inter illos ludi erant quatuor, Olym-
pii, Pythii, Nemii, Isthmii.

Olym-

Olympii à Regione Olympia intra Pisam & Elidem
Græcia Oppida in honorem Iovis Olympii.

Pythii vocabantur Iudi Apollinares, instituti in ho-
norem Apollinis post interficium Pythona serpentem.

Nemei in honorem Archimori, Lycurgi Regis Traciū
filii, quem ab Hysiphile nutrire in herba relictum serpens
interficiat.

Ludi Isthmii fiebant in honorem Pelopis, Apollinis
Archimori, & Palæmonis, ut videre est apud Statuum lib. I.
Theb. Peragebantur disco, hasta, saltu, lucta:

Qui disco certabant, discobuli dicebantur, propte-
rea quod discum in sublime jaculabantur.

Qui hasta & cursus pernicitate certarunt, haltici qui
palæstra paltici, qui cursu, stadiodromi, qui à limite rever-
tebantur, & bis currebant, diautrodomi.

Qui lucta, Gymnici vel palæstritæ, qui in omnibus se
exercebant, aut vincebant, Pancratiastæ, à Pancratiis sive
Pentathlijs hoc est quintuplici conatu, qui cursu, lucta, saltu,
pugillatu, cestu & aliis rebus factus, in quibus quasi univer-
sales viætores extiterunt, de quibus Lipsius in Saturnalibus,
Henricus Salmuth in Guidonem Pancirollum, rerum memo-
rabilium antiquarum pag. 673.

III. Ut varia fuerint, quibus talia exercitia dicta
sunt nomina, videlicet

2. Gymnica à nuditate, erant agones in quibus nudi
exercebantur athletæ vel vestibus levioribus usi fuere, quo-
minus in conflictibus impedirentur, vel brachia & pectus
denudata gessere, remoto thorace & manicis, ut ad pug-
nam eò expeditiores essent, vel etiam toti nudi cum anta-
gonistis in prælium commissi, perizonio saltem circa pu-
denda & ilia accincto, quod factum fuit in pugnis gravio-
ribus, in quibus periculum vitæ quæsumum fuit, præsertim
quando quidam ad bestias condemnati fuere, ut cum illis
nudi præliarentur, & eo celerius ab illis arriperentur. Mo-
ris etiam erat in his exercitiis ut luctaturi tales ceromate,
id est oleo cerato perfunderentur, quos qui ungebant, vo-
cabantur.

ebabantur ceromatistæ, quemadmodum videre est apud Pliniū lib. 7. cap. 56. Vnde Lucanus liquidam palæstram vocat lib. 9. dicens.

Arcados autores cythara & liquidaque palæstra,
Et Statius lib. 6. Theb.

Ante alios erat unet à Pales.

Post unctionem demum aspergebantur pulvere ut corpora ceromate & sudore librica mutuas luctantium prehensiones admitterent.

A corporis exercitiis ducta est Metaphora ad exercitia animi, qua Gymnasium accipitur pro ludo literario, & Schola, in qua artes liberales apud teneram pubem perfruantur, teste Cicerone de Oratore. Cum inquit clamabunt, credo omnia Gymnasia atque omnes Philosophorum Scholæ, sua hæc esse omnia propria. Et Gymnastes dicitur Præceptor sive exercitiorum Magister, Gymnastica dicitur ars seu Doctrina, qua pueri exercentur. Vnde Aristoteles præcipit lib. 8. Polit. Adolescentes Gymnastica & pædotribicæ esse tradendos, ut siant exercitatores similesque. Athenis fuere tria talia Gymnasia, nempe Lycæum, Academia & Cynosarges. Lycæum fuit Aristotelis, Academia Platonis, Cynosarges Schola communis, quarum mentionio à Cicerone in his versibus:

In que Academia umbris ferar nitidisque Lyceo,
Funderunt claras facundi pectoris artes,

Craneum Gymnasium erat apud Corinthum.

Cyllaravium est Gymnasij nomen apud Plutarchum in Cleomne Cic. lib. 1. de Oratore, facit mentionem Prytanei cuiusdam talis Gymnasi inquiens, ut ei vietus quotidianus in Prytaneo, publicè præberetur. Et Philostratus in vita Herodis Attici, mentionem facit Canope, Pezilis, Tempe & aliorum Gymnasiorum in quibus Romana Iuventus exercitata est.

2. Alio nomine exercititia ista dicta fuere stadia & stando, propterea quod Hercules, Gigas quidam nomine omnique virtute & corporis robore præditus, agilitate pendum,

dum, & cursu velocissimus & pernicissimus uno anhalitu
125. passus cucurrit, & per volavit, & postea substitit, &
spacium istius sui cursus stadium appellavit. Et est octava
pars miliaris, stadio nempe Italico quod pedibus nostris
625. mensuratur, Olympicum, pedibus sexcentis, Pythicum
circiter mille. Hic mos inoluit & consuetudo diurna, ut
ex singulis urbibus, castellis & vilis juvenes sese præpa-
rarent, quatenus adveniente festivitate Deorum ad tale
spacium percurserent, ut scribit Haymo super i. Corinth.
9. Et Dionysius Chartusanus in expositione ejusdem Epi-
stolæ fol. 49. scribit, Continet stadium 125. passus, & dici-
tur à stadio, quoniam Hercules fertur, ibi institisse & in-
stituisse, ut pedites tot passus current, & in fine hujus spa-
cii starent & respirarent, quemadmodum testatur Gellius
lib. 1. Noct. Attic. cap. 1. In hoc studio sive exequialibus sta-
diorum cursibus, quos in Sicilia ad Anchisæ tumulum cele-
bravit Aeneas, præ aliis celebres fuere, Euriolus, Nilus,
Diores, Salius, Patron, Helimus & Panopes, Item Philip-
pides qui ab Athenis usque ad Lacedæmonem biduo stadia
140. cucurrit, Philippus frater Lysimachi regem per 200.
stadia vectum pedes comitatus est, lorica indutus.

Canistus cursor Lacedæmonius & Philomedes Alex-
andri Magni à Sicyone Eli uno die 1200. stadia cucurrit.

Ateus puer velocissimus Vipsano Consule à meridie
ad vesperam 75. stadia cucurrit magna omnium admiratio-
ne, quemadmodum testatur Martialis lib. 4. carminum in-
quiens.

Sive levem cursu vincere quaris Aten.

3. Et quæ istiusmodi similia sunt, quæ de aliis le-
guntur, quod insigni pedum velocitate fuerint prædicti,
quales fuere, Camilla regina Volscorum, cuius celerita-
tem describit Virgil. in fine lib. 7. Æneid.

Illa vel intactæ segetis per summa volaret

Gramina nec teneras cursu laesset aristas:

Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti,

Ferret iter, celeres nec tingeret equore plantas.

Et idem scribit Cœlius lib: 5. cap. 5. de Iphiclo , Philacis & Climenis filio , quod tanta fuerit corporis agilitate , & pedum velocitate præditus , ut super triticeas aristas illæ las potuerit currere , & de Democrate , quod per mare potuerit transire , quod etiam de Oceano Neptuni Euriole Meno- is filia refert , Higinius .

Et de Achille scribit Catullus :

*Nascetur nobis expersterroris Achilles,
Qui persepe vago victor certamine cursu
Flammea pervertit celeris vestigia cervæ.*

De Perseo scribit Propert. lib. 2. quod Pegaso , alato equo vinctus fuerit :

*Non si Pegaseo vertaris in aëre dorso ,
Nec tibi Persei moverit ala pedes.*

Et Sidonius ,

*Ac juvenem Stenobœatuum cui terga vetustas
Pennati largitur equi.*

Poetæ fabulantur Dœdalum inclusum labyrintho propter liberatum Theseum , cum Iudicium capitis expavesceret , alas sibi confinxisse , eoq; remigio periculum evasisse , quemadmodum videre est , apud Virg. lib. 6. Aeneid .

*Dœdalus , ut fama est , fugiens Minojaregna ,
Præpetibus pennis , ausus se credere coeto ,
In suetum per iter celeres natavit ad Arctos .*

Mermeros centaurus fuit pedum levitate præstantissimus , uti autor est Ovidius lib. 12. Metamorph. inquiens :

*Quique pedum nuper certamine vicerat omnes
Mermeros accepto tum vulnere tardior ibat .*

De Phœdimo & Timante Statius lib. 6. Theb .

*Et bis in Isthmiaca vîctor clamatus arena ,
Phœdimus ali pedumque fugam pregressus equerum .
Ante Dimas .*

Claruit & Opheltes nauta , cursu velocissimo quemadmodū autor est Sidonius inquiens :

Qui

*Qui vigor in pedibus frustratibinatus Ophelto
Scaniam tribusit palmam plantasque superbias.*

Thalus fuit quispiam quem Iupiter æreis pedibus
inxisse dicitur, custodemq; Europæ adhibuisse ut celeritate
quotidie ter Cretam obire potuerit, & Iuba apud Plinium
testis est, Trogloditarū gentem miræ velocitatis esse. Con-
similiter Cadas quidam Alexandrinus cursu fuit velocissi-
mus.

De Lycaste, Diana Comite, Claudianus:

E cursu Zephyrus nunquam cessura Lycaste.

De Echionis celeritate Ovid. lib. 8. Metamorph.

Impiger Eritinus cursuque invictus Echion.

Vnde nata proverbia Ocyor austro, Sagitta, Parthica,
e quo & aliis rebus, de quibus Virg. lib. 10. Aeneid. inquiens:

fringit illa per undas.

Ocyor & iaculo & ventos æquante sagitta.

Et Lucanus lib. 1. inquiens:

Et torto Ballearis verbere fundæ

Ocyor & missa Partibi post terga sagitta.

Et idem lib. 5.

Ocyor & cœli flammis & Tygride fæta,

Idem lib. 9.

Calido non Ocyus austro,

Nix resolutatepet,

Horatius lib. 2. Carminum:

Ocyor cervis & agente nimbo,

Ocyor Euro,

Seneca in Thebaide.

Sagitta qualis Partica velox manus,

Excessa fertur, qualis insano ratis,

Delapsa cœlo stella cum stringens polum,

Rectam citatis ignibus rumpit viam.

Et quæ ejusmodi plura sunt, quibus cursus velocissimus de-
scribi solet de quibus Statius lib. 6. Theb. Seneca in Hippo-
lito, Sidonius & alii.

4. De-

4. Demum prædicta exercitia quoque palæstrica di-
cta sunt, à πάλην & πάλλεν id est reiteratis corporum con-
cussionibus, quæ trocho, disco, balistis, cursu, jactu, saltu,
& cestibus pugnando siebant, de quibus Virg lib. 6. Aeneid.

Pars in gramineis exercet membra palæstris.

Et lib. 5. Aeneid.

*In medium geminos, immani pondere cestus,
Projectis, quibus acer Eryx in prælia fuetus,
Ferre manu duroque intendere brachia tergo,
Obstupuere animi tantorum ingentia septem,
Terga boum plumbo insuto ferroque vigebunt.*

Et Papinianus:

*Ac dum grandia plumbo,
Tegmina cruda boum non mollior ipsa lacertis,
Induitur.*

5. Fuit enim cestus nihil aliud, quam luctum è corio
hubulo manibus circumvolutum, plumbō etiam insuper
adsuto & ferro addito, quo in altum sublato pugnarunt,
& hostes iictibus prostraverunt; κεστόν enim cingulum Græ-
cis significat, quod ne excuteretur, in iictibus, tum cubito,
tum humero alligabatur, & adsutum plumbum ferrumque
fuit, quo facile cerebrum & guttur elidi potuit. Vnde ut
ab iictu immunes essent, muhimenta capitum & aurium ad-
hibuerunt. Tota ars iictum vitare, non in fuga, sed in cor-
porum inclinationibus & flexuris constituta fuit, ut iictus
iictu & exceptione excuteretur.

Quibus lusibus successerunt, & adhuc hodie in usu
sunt, Ludi Astralogorum, pilæ, alex & fritillorum, la-
trunculorum, lusus nucum, item:

*Ludere par impar equitare in arundine longa.
De quo Horatius, ludi Sortium, qui siebant digitis de qui-
bus Mantuanus Eclog. 1.*

*Sortiri in digitis res in jucunda voluptas,
Magna prius tanti dum mens erat in scia morbi.*

Item

Item micare digitis de quo Cic. lib. 2. de divinatione
inquiens: Quid est fors idē propemodū quod micare quod
talos jacere , quod tesseras.

Cum quibus conveniunt ludi Repusaræ Cempon, Co-
modaulomolæ, quorum sit mentio in Codice Iustiniano le-
ge ultima 1. de Religios., & sumpt. funer. & aleæ lusu alea-
tori, de quibus Henricus Salmuth in Guidonem Panciro-
lam rerum memorabilium antiq. pag. 673.

Si quis fuerit qui plura, de prædictis ludi cognoscere
desiderat , ille poterit legere Valer. Max. lib. 2. cap.1. Pro-
copium de bello Gothorum lib. 2. Alex. ab Alex. lib. 2. cap.
9. Plin. lib. 8. cap. 9. Aelian. Var. hist. lib. 11. fabelli-cum
lib. 7. Cœlium Rhod. lib. 1. antiq. Leſt. cap.11. lib.6. cap.28.
lib.16. cap.5. Zvvingerum in theatro vita pag.386. pag. 403.
pag.3667.

DE SECUNDO.

nempe

De præmii constitutione quidnam fuerit, quid prædi-
cis exercitiis promeritum brabæum videlicet mo-
nile vel in ligno aliquod honorarium vel in
specie corona.

Quod enim horum exercitiorum retributionem &
præmium attinet, quod victoribus, qui palmas sive victo-
riam obtinuerunt datum fuit, vocatur illud ab Apostolo
Paulo hic loci

1. In genere Monile sive brabæum aliquod, quod fuit
aut aurum aut argentum, aut equus, aut pallium, aut ali-
quod aliud præmium, Græco nomine brabæum, latino ve-
rò palma victoriae, vel corona dictum post metam cursus po-
situm, & illi datum, qui primus præfixum terminus conse-
cutus est, reliquis in variis currentibus quibus nihil utili-
tatis præstebat, suus cursus, sed non nisi risum & Cachin-
num deportarunt, ut scribit Dionysius, Chartusanus su-
per hunc locum.

2. In specie vero vocatur Corona ab eodē 1. Timo. h.

E

2. v. 5.

2. v. §. cum inquit nemo coronatur nisi recte pugnet, hoc
est vertente Poeta:

Non nisi certanti pulera corona datur.

Et indicat quod præmium istud victoria in specie Co-
rona fuerit, quemadmodum etiam testatur Tertullianus eo
libro, quem de milite Christiano conscripsit, & alio quem
Scorpiacum indigitavit ita hac de re differens: Victores
olea coronabuntur, cuius valde ferax & fertilis erat ea
regio, & à Civilibus oneribus erant exempti. Præterea
etiam Salarium ipsis de publico erat constitutum: Quem-
admodum etiam indicat Henricus Salmuth in Guidonem
Pancirolium de rebus memorabilibus antiquis, pag. 673.
sequentem in modum hac de re differens. Fuerunt apud
Græcos quatuor certaminum & ludorum genera, præ cæ-
ris maxime celebrata & frequentia Pythagorica distributi-
one à quadruplici earum fine defumpta, ut è Græco Epi-
grammate apparet, quod Ausonius ita Latinum fecit:

Quatuor antiquos celebravit Achaea lodos,

Cælicolum duo sunt & duo festa hominum,

Sacra Iovis Phœbique Palamonis Archemorique

Serta quibus pinus malus oliva apium.

3. Præter ista præmia cuique certamini propriè desti-
nata, omnibus victoribus etiam palma tribuebatur & magni
præterea deferebantur honores, sic enim Vitruvius lib. 4.
Nobilibus Athletis qui Olympia, Pythia, Nemea & Isth-
mia, vicissent, Græcorum majores ita magna honores in-
stituerunt, ut hi non modo in conventu stantes cum palmâ
& corona ferant laudes: sed & cum reverterentur in suas
civitates, cum victoria triumphantes quadrigis & in mænia
& in patrias invehantur, & vestigalibus toto vitæ spacio
constitutis fruebantur. Quin imò parum abfuit, quin vi-
ctores in Deorum quoque gentem & familiam transcribe-
rentur, Eusebius certè lib. 5. de Præparatione Evangelica
scribit: veteres eò superstitionis & in saniæ perductos, ut
victores sive pugiles sive Athletas, sive alios concertatores
in

in ordinem Deastrorum retulerint, unde Horatius oda 1. de
victoribus loquens, ita ait :

Methaque fervidis

Evitata rotis palmique nobilis

Terrarum Dominos evehit ad Deos,

4. Equibus omnibus eximius honor, & magna reverentia, quæ victoribus quondam Gymnicis exhibita fuit, apparet, & simul videre licet, quidnam illorum primarium fuerit, præmium, videlicet Corona. Ita ut spiritus sanctus non dubitarit, exinde typum Christianismi desumere & nos ad constantiam & perseverantiam in fide hortari, ut simus constantes usque ad mortem ut ita coronam vitæ consequamur, Apoc. 2. 10. & ut teneamus quod habemus, ne quis auferat coronam nostram Apocal. 3. 11. Quemadmodum ita interpretatur Haymo super præsentem locum inquiens: Altiori intelligentia per stadia, quo in illi currebant, debemus intelligere fidem nostram, intra cuius metâ debemus currere ab Exordio fidei usque ad vitæ hujus terminum quo usque perveniamus ad promissum beatorum, de quo Dominus dicit, qui perseveraverit usque ad finem salvus erit. Et idem porrò scribit, si illi omnes ita se præparabunt, cum scirent unum coronandum, & si solum modo promissum brabæum, qui prior veniret, occuparet, licet omnes post illum ad eundem locum pervenissent, quantum magis nobis est abstinentum, ab omnibus quæ cursum impedire possunt, cum omnibus nobis promissa sit salus æterna; Item illorum corona seu remuneratio erat corruptibilis, id est, temporales, quia cum tempore transibat, verbi gratia accipiebant aurum, argentum, quod corruptibile erat, accipiebant vestes quæ vetustate & tineis consumebantur, accipiebant equum, qui per mortem corrumpebatur, & consumptus à vermis in pulverem transivit, dabatur eis corona terrenis & marcescibili floribus consorta; Nostra vero corona incorruptibilis est, quæ nulla immutatione corruptitur, nec erit adornata floribus ter-

renis, sed in modum regalis Diadematis æternis gemmis
confecta, in æternum Spiritualiter nobis servabitur, nostra
corona Dominus omnipotens erit, & contemplatio totius
SS. Trinitatis, videntes Deum sicut est, in quo habebimus
sine fine mansuram omnemque beatitudinem & societatem,
quoniam videntes fulgidum, erimus fulgidi, videntes bea-
tum, erimus beati, videntes immortalem, erimus immor-
tales, felicesque per omne seculum. Et Chrysostomus su-
per hunc locum, si illis hæc fiunt, ubi una corruptibilis da-
tur corona, multò magis hic quoque ubi pro majori gloria
& honore contenditur, neq; unustalis coronatus, sed præ-
mia longè superant labores. Qui plura de Coronis & earum
significationibus sive remuneratiōnibus Spiritualibus &
æternalibus scire desiderat, legat Augustinum Tom. 8. fol.
146. & 168. & 241. & 251. & 291. ubi docet quid sit quod
Deus in nobis coronet, nempe non nostra merita sed gratia
& misericordiam suam, juxta illud Poeta -

Nil Deus in nobis præter sua dona coronat.

DE T E R T I O.

nempe

Coronarum descriptione quid fuerint ratione nomi-
nis & rei, nec non ratione causarum, efficientis

Materiæ, formæ & finis.

Postea quam enim de exercitiis illustribus nec non de
illorum præmiis actum, quæ & qualia fuerint & qua ratio-
ne illis ipsis coronæ sint acquisitæ ratio ordinis requirit, ut
aliquid agatur de illarum definitione & descriptione, quid
nam fuerint & quidnam de illis statuendum sit.

I. Ratione nominis, & diversarum Etymologiarum
quas habeant.

I. In lingua Ebræa qua vocantur hic loci nempe in-
textu Psalmi nostri 21. עֲתַרְתָּה Vbi David dicit: תִּשְׁוֹרֵת לְרַאשׁ עֲטַרְתָּה posuisti in capite ejus coronam auream à
radice עַטֶּר quæ significat circumcinxit, circumduxit, cir-
cumligavit.

In

In lingua græca qua dicuntur *σέφανία* à *σέφω* & *σέφανός*, quod significat coronā redimio, cingo, quemadmodum isto significatu vocabulū usurpatur & ponitur hic loci nempe in textu Psalmi nostri 21. ubi David ait: ἔθηκες δὲ τὴν κεφαλὴν σὺντε *σέφανον* εἰς λίθον πυλίς posuisti super caput ejus coronam è lapide precioso, ubi septuaginta vocabulum *τι* per λίθον πυλίον sive pretiosum lapidem vertarint, quos sequuti Hieronymus & Hugo Topazium intelligunt, verū cūm deducatur à radice *τι* quod consolidare & roborare significat, ideo non male per aurum solidum & bene purgatum redditur. Et ista interpretatio etiam à Lutherō renta est; Quādo enim solidius, tanto purius est. Hinc adjunctum coronam auri puri, quæ vox eadem etiam occurrit Psal. 19, 11. Vbi Chaldæus paraphrastes Oberzim interpretatur. Ebr. 2. v. 7. dicitur de Christo è Psal. 8, 6. πυλὶ καὶ ἡδεῖα εἰς οὐρανούς αὐτὸν gloria & honore coronaisti eum, & eodem sensu usurpatur quoque Matth. 27. v. 27.

3. In lingua latina, qua dicuntur coronæ à choro elisa tamen aspiratione, qua chorus per ch. corona vero saltem pro c. scribitur, quamvis autore Festo & Quintiliano veteres etiam coronam pro ch. scriperunt, quemadmodū & Chenturio, præcho &c.

4. In lingua Germanica Krönen, quod à latino corona desumptum est, vel à choro & choræis, quod coronæ in frequentioribus canentium choris & conventibus, & præcipue in Choræis sive saltationibus usurpari consvererint, quemadmodum testatur Virgilius inquiens: Omnis quam chorus & socii commitantur ovantes.

II. Ratione rei, quid nimirum Coronæ propriè sint & quid vocabulum coronæ hic loci propriè significet videlicet per *ἄγον* sive sententiam negativam.

I. Non conventum sive coētum & multorum hominum congregationem, in circuitu circumstantium, in cuius mediatè aliquid recipitur, quemadmodum isto significatu usurpatur à Cicerone in oratione pro Flacco, ubi inquit à

Iudicibus oratio, avertitur, mox in coronam effunditur.

2. Non sidus aliquod cælestis, quod sinistro humero ab Arctophylace ex eponasi conjugitur calcis dextri pedis, sive supra caput Arctophylacis constitutum est, & novem stellas habet in circuitum & orbem circumligatas & dispositas, in quarum numero sunt tres, insigniores clarius luentes, in Cancro & Leone occidit, & in Scorpione Novis Octobris oritur, teste Virgil. lib. 1. Georg. ubi dicit:

Gnosi atque ardantis decedat stella Corona.

3. Neque halonem, circum lunare aliquod meteoron quod à Mathematicis corona dicitur.

III. Sed per ḡ̄gv siue affirmatiuam sciendum est quod denotet,

1. Vel ornamentum muliebre, virginum & est idem quod sertum, à serendo dictum, sive quod è floribus seminatis, constet, quemadmodum & ipsa Ceres, Stationum Dea inde nomen habet, quod sit Seres, sive Magistra fementis, quemadmodum isto significatu usurpatur à Plauto in Asinaria, ubi ait, cum si coronas ferta unguenta jussere illas ferre, venero.

2. Strophium sive ligamentum crinum, quo significatu usurpatur ab Homero lib. 1. Carminum, quando ait, concindit hærentem coronam crinibus.

3. Vel ornamentum militare & regium, quo personæ illustres decorantur, & est idem quod Diadema quemadmodum pluribus allegatis in sequentib[us] docebitur. A Corona fit corono verbum, quod significat coronam capiti impono, cuius passivum est coronor, à quo coronator, coronatrix, coronatio & ejusmodi derivata alia quibus coronationum actus designantur.

4. Coronamenta sunt flores & frondes vel aliæ res è quibus coronæ sunt, & sumuntur, pro coronarum multitudine & copia, ut atria coronamenti referta.

5. Coronarium quod ad coronas pertinet, ut &c. coronarium.

6. Coronarii qui coronas faciunt vel vendunt &c.

7. Vn-

7. Vnde diminutivum Corollarium descendit quod significat auctuarium, aut aliquid quod supra mensuram adjectum est, à corollis nomen deductum, quod cum placuerit autoribus in seena dari solita sunt, ἵππος περιγραφὴ ληνία θηρίων εὐπέρτερον. Et interdum idem est, cum suo primitivo, & sumitur pro Corona, quemadmodum videre est apud Svetonium, ubi inquit: itaque corollaria & præmia alienis quoque dabat & muneribus crebra & grandia de suo offerebat.

I V. Ratio causa efficientis sive primi autoris à quo proveniunt sive primitus coronæ sunt, de quo notandum,

1. Quod is non sit inter gentilium Deastras vel Vulcanus qui illam Veneri, & illa iterum Baccho dono dederit, ut ille primus fuerit qui se post victoriam ex India reportatam coronarit, multò minus Prometheus aut Janus uti olim Ethnicorum tulit opinio.

2. Neque inter earundem Deastras querenda, quales vel sunt Venus, quæ eam Baccho dono dederit vel Hylceria ideo Coronaria dicta, quod prima & sola inter Deas tanquam Coronarum inventrix coronata sita, vel Ariadne quæ eam à Baccho dono ac ceperit, qui eam illa ipsa fatis concedente in cœlum transtulerit.

3. Multo minus inter homines, ut coronarum autor sit, vel Theseus, qui eam à Neptuni patris uxore dono accepit cuius splendore è tenebris labyrinthi ad lucem devenierit, vel Athenienses, vel Stephanus natione quidam Græcus vel Sycion, qui ex ingenio Pansia Pictoris eam primus pingendo adumbravit.

4. Quemadmodum hac de re legi possunt, Natalis Comes, Mythol. lib. 4. cap. 19. Plin. lib. 15. cap. 11. Atheneus, lib. 15. cap. 5. Cœlius Rhodig. lib. 6. cap. 11. Scaliger lib. 1. Poet. cap. 23. quomodo inter se discordent & discrepent, & certum Coronarum autorem constituere nesciant.

5. Sed verus & legitimus coronarum inventor est Deus verus, sive Sacra Trinitas, quam David hic loci coronarum autorem, datorem, Collatorem & collocatorem institu-

stituit v. 3. nostri textus dicendo, Tu es qui imponis Regi nostro Coronam, & Psalm. 56. 15. dicit quod ipse sit, qui non saltem reges, sed & annum bonitate sua coronet, ut instar regiae sponsae coronatae appareat, Imo Moses antiquissimus scriptor quilonge ante Bachum, & alios gentilium Deos fuit, coronarum mentionem facit, ut inde appareat longe antiquiore illarum usum esse, quam ut ab istiusmodi Diis deveniant.

V. Ratione Materiae qua primum fuere,

1. Spiceæ & frondeæ ex aristis & arborum ramis ab agricolis & ruralibus, contra ardorem æstatis factæ & impo sitæ.

2. Varia florum mixtura compositæ ornatus, & re creationis gratia, præsertim in fœmineo & muliebri sexu qui eis præ viris delectatus est.

3. Post modum accessit, ut illæ etiam honoris & gloriae causa usurpatæ sint, in ludis Olympiacis, Pythiis, Isthmiis, Nemiis & Scenicis & aliis sacris certaminibus è pinu malo, oliva & apio.

4. Item in pugnis & præliis militaribus loco brabæ & præmii, pro ratione majoris & minoris meriti, utpote Ilaginea & querna Civilis, Myrtlea Ovalis, Laurea Poëtarum, hederacia bacchantium, ærea & collacea felle bubulo tincta histronum, ex asparago sponsorum, ex apio, mortuorum.

5. Nec eæ solum honoris, sed & ignominiaz & dedecoris, quales sunt, Spinea Christi, Lanea adulterorum Papyracea Hufsi.

6. Et quæ ejusmodi alia fuere, quæ non saltem ratione materiae, sed & ratione temporis distincta fuere, alia æstivæ, alia hibernæ & Aegytiacæ dictæ, è ligno, cornu, ebore, & aliis rebus factæ, & variis coloribus pittæ, quando terra flores negavit.

7. In quorum numero quod non immerito mirum videtur, pretiosissima fuit graminea, in quo exercitus quis ob sidone liberatus fuit non pretio, sed honore æstimata, quod

quod ea non nisi à militibus Imperatori dari consvererit,
ubi alia omnes ab Imperatoribus vel militibus, vel colle-
gis datæ, quemadmodum suo tempore docebitur.

8. Quibus omnibus antecellit aurea, cuius David in
præsenti Psalmo mentionem facit, & dicit, quod Deus sibi
coronam auream imponat, quales fuere, Coronæ milita-
res, Muralis, Vallensis, Castrensis, Rostrata, & præsertim
triumphalis, Item regiæ è pyropo sive præstantissimo quo-
dam auri metallo, præ aliis ductili, affabre facta, quod
propterea æs, coronarium dici solitum quod Regum & Im-
peratorum Coronis inservire consvererit, quemadmodum
hac de re legi potest Plin. lib. 24. cap. 4. Iohannes Ravie-
sius in officina pag. 665. & alii.

V. Ratione formæ qua illarum alia fuere,

1. Coronæ longæ quibus busta sepulcra, sellæ curules,
theatra & currus triumphales exornari consvererunt, Te-
ste Revardo apud Henricum Salmuth super Guidonem Pan-
corollum de rebus memorabilibus antiquis, pag. 734.

2. Coronæ Lunares, sive semicirculares, ab aure ad
aurem pertingentes, qualis fuit Corona & Cidaris sive
frontale pilæ sacerdotalis Aoronis & Posterorum in ro-
tunditatem affixa, cum inscriptione Hakadasech Iehova
sanctitas Domini, quemadmodum testatur D. Pelargus com-
mentario in Exodum super caput 28. pag. 279.

3. Coronæ solares sive circulares rotundæ in nonnul-
lam sublimitatem subiectæ, quales sunt Regum & Impera-
torum de quibus hic loci sermo est.

4. Quibus annumerari potest Corona Papæ triforni-
cata & tricamerata, triplicem potestatem regni triplices
Cœlestis terrestris & infernalis quam sibi vendicat deno-
tans cum coronis cleri Pontificij quarum fit mentio, Apoc.
9. v. 7. in descriptione cicadarum paparum tubæ quintæ
Apocalypticæ.

5. Coronæ Loemiscatæ aureis & gemmeis fasciolis sive
laniscis de coronarum lateribus, dependentibus ornatae,
quemadmodum fit in insulis Cardinalium, de quibus Ter-

F

tulla-

tullianus in libro de Corona Militis Christiani & alii auto-
res consulendi sunt. Erant enim Lemnisci fasciolæ ut Sex-
tus ait coloriæ, dependentes è Coronis de quibus Plin. lib.
21. cap. 3. Vbi de Coronis loquitur, quæ ex foliis aureis &
argenteis constabant. Accesserunt etiam lemnicki, quos
adjici ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscos,
quibus jungi nisi aurei debebant, Hinc lemniscatæ coronæ
& palma pure in nobiliore victoria lemniscis ornatae victo-
ribus dabantur, prout testatur Ausonius dicens:

Et que jamdudum tibi palma poetica pollet,

Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.

Et melius id Sidonius exprimit, ubi ita canit,

Hic mox præcipit equus Imperator,

Palmis serico torquibus Coronas,

Conjunge & meritum remunerari.

Nam Coronis torques & palmas, serica hoc est sericu-
los lemnicos quos ex Festo fasciolæ dixerimus conjunctos
fuisse innuit ut interpretatur Scaliger Auson. Let. lib. I.
cap. 10.

VII. Ratione finis qui consideratur in genere & in specie.

1. Ingenere videlicet quod coronæ inventæ,

1. Non tam ut sint tegumenta & umbracula capitum
contra solis æstivum ardorem & calorem,

2. Quam virtuosorum hominum ornamenta, quibus
ab aliis è trivio & de fece vulgi natis discernerentur.

3. Imo ut essent brabæa, & mavorium factorū sive exi-
miæ virtutis insignia præmia, post certamina data quemad-
modum testatur Augustinus Tom. 3. cap. 10. pag. 3172. Et
Theodoreetus Tom. II. in Ezech. Sect. 5. pag. 418. quando
ait: quod corona eam gloriam denotet, quæ à pietate & cul-
tulegis, adeoque ex omnibus bonis comparata est.

4. Vel ut essent fortitudinis bellicæ incitamenta, qui-
bus illis calcar ad animositatem & consequendam gloriam
adderetur.

5. Vel signorum suscitamenta, quibus illis corpor &
veterus ex oculis excuteretur.

VIII. In

VIII. In specie vero sequentes res sunt in quibus coronæ ad coherestandos certos actus usurpatæ videlicet,

1. In Choro sive statu Ecclesiastico.

1. In Majestatica Deorum & Dearum representatione, qua coronati introducti sunt, quemadmodum videre est Baruch 6.8. ut & in Baccho Felicitate Glyceria, Cybele, & aliis quos Ethnicorum stoliditas pro coronarum inventoriis & gestatoribus, instituit, teste Plin. lib. 6. Nat. hist. cap. 4. lib. 35. cap. u. Athenæo lib. 15. Dipno Soph. cap. 10. Cœlio Rhodig. lib. 6. cap. 19. Antiq. Iect.

2. In sacrificiorum peractione, & templorum suorum exornatione, ut Altaria, suggesta, Cathredas, & sacrificia sua coronis condecorarint gentiles, quemadmodum videre est Ezech. 23. 24. 2. Macc. 6. 7. Act. 14. 13. apud Plin. lib. 11. cap. 3. Athneum Dignos lib. 10. cap. 6.

II. In foro sive statu Politico.

1. In Imperatorum, Regum suorum constitutiōe, quemadmodum videre est è Corona Saulis, 2. Sam. 1. 10. Davidis 2. Sam. 12. 3. 1. Paral. 21. 4. Psalm. 21. 4. Syr. 47. 7. Salomonis Cāt. 3. 11. Ios. 2. Reg. 11. 12. 2. Paral. 23. 11. Ahasveri Esth. 8. Vasthi Esth. 1. 12. Estheræ Esth. 2. 17. Caligulae Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 4. Iulii Cæsaris Sabell. lib. 5. Enuead. 6. Imp. Friderici. Albert. Cranius lib. 1. Saxon. cap. 25. Coronis Regnorum Hispaniæ, Vngariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Sveciæ que regibus in homagiis conferri solēt, majoris autoritatis gratia. Vnde fit ut vocabulum corona per metonymiam signi pro signato nō raro pro ipso regno sūatur, Esai. 23. 8. Psal. 89. 39. Esai. 28. 2. & Vrbes quædam coronæ dicitæ, quemadmodum talis fuit Corona, Vrbs Achajæ, imò monetis impressæ sunt coronæ, ad denotandā Majestatē Imperatoriam & regiam, quemadmodum faciunt in moneta Imperatoris Augusti cuius uno latere ipsius imago, in altero Corona querna stetit effigiata.

2. In virorū benemeritorū coherestatione, quemadmodum videre est, in Corona Aoronis Exod. 29. 6. Exod. 29. 30. Syr. 45. 14. in Corona summi sacerdotis, Iosuæ Zach. 6. 11. in Corona Philippi. 1. Macab. 6. 15. in Corona Mardochai

Eth. 8.15. in Coronis Pythagorę, Periclis & Parthassi, quæ il-
lis omnes in præmiū virtutis concessæ, prout testantur Vale-
rius Maximus lib. 2. Exempl. cap. 5. Ravinus in officina pag.
559. Zvvingerius in theatro fol. 434. & fol. 437.

3. In luctatorum suorum retributione de qua paulo
ante in initio Exegeſeōs.

4. In virtutis bellicæ remuneratione, de qua paulo
post in coronarum divisione.

III. In thoro sive statu Oeconomico.

1. Novorum sponsorum copulatione, teste Scaligero
lib. 3. poët. cap. 100. ubi ait in Boëtia Sponsos asparago co-
ronari solitos, quod deposita feritate ad alterius morem &
voluntatem mansuescere discant.

2. Nuptialium solennitatum & Convivarum, nuptialiū
exhilaratione, ut conclavia & pocula coronis & floribus ex-
ornarint, prout videre est Sap. 2. 6. apud Plin. Nat. hist. lib. 21.
cap. 7. Alex. ab Alex. Geneal. dierum lib. 5. cap. 21. Athenæū
dignos lib. 18. cap. 15. Virg. lib. 3. & 7. Aeneid.

3. In Mancipiōrum & captivorum suorum introduc-
tione, ut illos vel coronatos vel corona militū stipatos soliti
sint sistere, prout testatur Gellius Noct. Attic. lib. 7. cap. 4.
Alex. ab Alex. Geneal. dier. lib. 2. cap. 2. Vnde sub Corona ve-
nire, idem fuit, quā captivum esse, propterea quod captivi
soliti fuerint coronati venire, ut ait Cato in libro de re mi-
litari, allegante Henrico Salmuth super Guidonem Panci-
rollā derebus memorabilibus antiquis, pag. 399. & ut Gelli-
us lib. 9. cap. 5. vult, quod militibus stipati veluti corona circu-
dati fuerint, ut illa circum statio que illis custodiæ causa da-
ta est, corona dicta sit.

4. In mortuorum suorum sepulture ut urnas & sep-
lira florib⁹ & corōis prostraverint, autore Alex. ab Alex. lib.
4. cap. 8. qui testis est, quod eorum cadavera & sepulcra apio
coronati conservarent. Et Cicero autor est, quod coronæ ta-
les singulare decus honoris fuerint, quo mortui ut triūpha-
tores malorū condecorati, ita ut ex non nisi personis bene-
meritis concessæ, sed si quis talē coronam pacisceretur, sive
pre-

pretio emeret, quod ea pro nulla habita, Videatur Plin. lib.
1. Nataq. Hist. cap. 3. Cicero lib. 2. de finibus. Clem. Alexandrinus lib. 2. Pœdia cap. 8.

DE QVARTO ET VLTIMO

primæ hujus Exegeseas membro vide,
litterat.

Coronarum prædictarum distinctione.

Præcipius enim Coronarum veterum usus ad quem illæ ipsæ adhiberi solitæ sunt, fuit & constitit in virtutis bellicæ remuneratione, ut non saltem Coronæ in ludis Olympiacis, Isthmiis, Pythiis & Nemeis, sed præsertim in preliis, & post eorum triumphos & victorias insignum gloriæ distributa sint, quemadmodum patet,

I. Specialiore huius sententie confirmatione qua constat, quod præ aliis viris strenuis præcipue victores & bellorum triumphatores coronati sint, quemadmodum videre licet Judith 3. 10. & apud Plin. lib. 20. 6. cap. 4. Gellium Noct. Attic. lib. 9. cap. 6. Alex. ab Alex. Geneal. Dier. lib. 3. cap. 18. Polyd. Virg. de rer. inv. lib. 2. cap. 27. Thucid. de bello Peloponensiaco lib. 4 fol. 331. Quintum Curtium lib. 4 hist. cap. 5. nec non ejusmodi autores alios qui de factis & rebus gestis Romanorum scripserunt.

II. Coronarum harum distinctione, quotuplices nimirū fuerint, videlicet non uniformes sed multifariæ & ut plurimū triplices qua iterum in suas species subdividuntur ut sint,

1. Vel temporales de quibus hucusq; ex historiis hic loci actum & porro agendum est.

2. Spirituales sive coronæ quarum ut plurimum in scriptura sacra fit mentio, quod illæ sint, Coronæ typicæ, sive tales quibus omnis generis virtutes quas Reges ac Principes in coronis suis debeant gerere, præfiguratur.

3. Aeternæ quas possidebunt electi in aeternâ salutis perfruptione de quibus posterioribus tractatu proxime sequente, qui de Margaritis instituetur.

4. Quod vero primum genus coronarum nempè tempora-

porarium attinet, sunt illæ iterum triplices,

1. Ludicræ, 2. Regiæ, 3. & Militares.

5. Quod attinet primas nempe coronas ludicas quæ in ludi Olympiis, Isthmiis, Nemeis & Pythiis, distributæ de illis dictum est in antecedentibus.

6. Quod attinet alteras népe regias dicetur in tractatu meo proxime sequente de Margaritis pacis.

7. Quod tertias sive Coronas militares & bellicas, illæ sunt, de quibus ulterius dicendum, & illarum divisio insti-tuenda, ut percipiatur, quid & quotuplices fuerint, quarum in historiis sit mentio, illudque iterum vel

1. Theorice illarum Coronarum denominatione quæ & quales fuerint, sive quæ illarum sint nomina.

2. Practice sive exemplariter quinam sint, qui illarum unam aut alteram consequuti sint.

2. Applicativè, ut thesis ad Hypothesin conferatur & doceatur, quod harum enumeratarum Coronarum corona pacis omnium optima sit, quæ non præliis sed studio pacis comparetur.

4. Conclusivè, ut aliqui alii autores recenseantur, qui de coronis scripsérunt, quos consulere queat, si fortè fortuna fuerit, quibus præsens meis de Coronis tractatus non satis fecerit.

III. Quod attinet primum nempe theoreticā Coronarum militarium considerationem, instituitur illa.

1. Illarum donationum, quæ in bellis, viris bene meritis conferri consyeverunt collatione.

2. Ipsarum Coronarum bellicarum illatione.

IV. Quod attinet iterum primum, nempe donationum militarium collationem, sciendum est de illa, quod in historiis commemoretur, quod varia dona viris benemeritis dari solita sint, videlicet,

1. Torques aurei, unde equites torquati dicti quando fuere catenæ aureæ de collo victorum suspensa pro ut testatur Tacit⁹ lib.3. Livius lib.39. Isidorus Pelusiota lib.19. cap.31.

2. Armillæ fucræ manuum insignia de quibus Liv. lib. 1. Plin.

Plin. lib. 28. cap. 4. lib. 33. cap. 2. Isidorus lib. 19. cap. 9.
3. Hasta puræ sive meræ aureæ, de quibꝫ Festus, Varro,
Polybius, Plutarchus, Iosephus lib. 7. belli Iudaici cap. 8. &
alii autores, quod illis datae qui ingente strage hostium ca-
stra affecissent.

4. Vexilla Phaleræ in aures Togæ pretextæ & alia vesti-
menta pretiosa.

5. Honores dignitatum & majora officia.

6. Privilegia libertatum, liberalis virtus & sustentatio
munifica, & ejusmodi beneficia alia, de quibus Plutarchus in
Corylianum, Livius lib. 26. Polybius lib. 5. Cœsar lib. 6.
bell. Gallici, & lib. 1. belli Civilis. Varro lib. 6. de lingua
latina lib. 6. & aliis.

V. Quod attinet alterum, nempe coronarum bellica-
rum relationem, sciendum est, quod illæ primarium pre aliis
virtutis bellicæ brabæum fuerint, quibus pro quantitate
suorum meritorum viri fortis remunerati sunt. Et fuere illæ
ipsæ, ut plurimum octuplices, quarum sequens est ordo &
sequentia quæ in historiis reperiuntur nomina, videlicet
obsidionalis, Civica, Muralis, Vallaris, Castrensis, Nava-
lis, Ovalis, Triumphalis omnium maxima, Quamvis enim
& aliæ sint, quorum interdum fit mentio, quod vel à mate-
riæ vel forma nomen sortitæ & vel aureæ Gemmatæ Lemnisi-
atæ, & nescio quomodo non aliter dictæ principalia tamen
& frequentissima omnium quæ à fine deveniunt desumpta no-
mina, ut vel ab obsidione remota vel civitate servata, vel à
muro castris & hostium vallibus superatis dicantur, seque-
tem in modum, videlicet,

1. Obsidionalis omnium nobilissima, licet materia sal-
tem fuerit graminea, non pretio sed honore estimata & da-
ta, ei, qui exercitum obsidione liberaverat, & non nisi à mi-
litibus Imperatori collata, ubi alię ab Imperatoribus tri-
butæ sunt, quemadmodum testatur & de illa ipsa legi potest
Plin. lib. 22. cap. 4. & 6. Pomponius Festus Servius ad 8. Aene-
id. Virgilii & alii autores.

2. Civica aurea, quæ dabatur ei, qui civem aliquem ex
hosti-

hostium manibus etiupuit, primo iliginea, postea querna
uti videre est apud Gellium lib. 5. in Corylion.

3. Muralis aurea data ei, qui primus murum subaisset,
& Oppidum hostium per vim condescisset quemadmodum
testatur Plin. lib. 7. cap. 28.

4. Vallatis sive eadem & eodem nomine dicta.

5. Castrensis aurea data ei, qui primus hostium vallem
& castra cepisset.

6. Navalis etiam aurea, & navium rostris distincta.
quam is consequebatur qui prælio maritimo primus hosti-
um navim insiluisse, ut licet legere apud Plin. lib. 7. cap. 30.
& lib. 16. cap. 4. Dion. Cassium lib. 47. Epist. 129.

7. Ovalis quæ dabatur eis, qui urbem introibant, o-
vantes quando leviter bellum sine cruento perfecissent,
deditio[n]e facta, dicta vel à clamore populi, quo vocife-
rabatur jo jo dicens, vel ab immolatione ovium quæ siebat
ovatione peracta, & erat Myrtea quasi lavis & laude ve-
nerea, quæ fine clade siebat, non nihil contemta & inde à
Pompejo recusata, & in lauream mutata.

8. Triumphalis autem Imperatori ob causam trium-
phi missa, qui Triumphos ab ovatione ita distinctus fuit,
quod ovantes pedites ibant in Capitolium senatu sequen-
te, Triumphantores verò quatuor equis albis & currum au-
reο vehebantur, senatu Romano præcedente & sequenti-
bus devictis catenis ligatis hostibus. Deinde ovationis cau-
sa erant, bella non rectè indicata, aut cum justo hoste non
gesta, aut cum hostium nomen humile fuit, ut pyraeārum &
servorum, de quibus opinionibus plura in prototypo.

VI. Quod attinet exemplarem harum coronarum
commemorationem, sive relationem illorum qui illas co-
ronas promeriti sint, introducitur illa, partim particu-
lariter, partim universaliter.

1. Particulariter, commemoratione illorum quorun-
dam, qui coronas has vel illas in specie consecuti sunt,
quaes sunt, L. Licinius Dentatus, qui primus, & Fabius
Cuncta-

Cunctator qui alter, & Augustus Cæsar, qui ultimus obſi-
dionalem coronam impetravit.

2. Corona civica Ciceronem L. Lælius decoran-
dum censuit, ob ſedatam pernicioſiſtām Catilinæ con-
jurationem.

3. Coronam Muralem, Hostius, Hostilius con-
cucus est.

4. Coronam Rostratam, Titus Vespasianus,

5. Triumphalem Posthumus Diſtator,

VII. Universaliter verò ſive coronas multas, &
pleraque omnia dona militaria paulo ante commemorata
conſecuti ſunt.

1. L. Licinius Dentatus, de quo memorant histo-
rīz, quod 125. præliatus, octies ex provocatione Viſtor
extiterit, 45. cicatricibus in facie & nulla adverſo tergo
iſignis ſpolia cæperit 25. torquibus tribus, 80. Armillis.
140. Coronis Civicis 13. aureis, 8. muralibus, tribus ob-
ſidionalibus ornatus ſit, quemadmodum teſtatur Iohan.
Antonius Valtrinus leſuita in libro de re militari pag. 381.
& Ravisius in officina pag. 606.

2. Aurelianus de quo autor eſt Vopiscus, quod à
Valeriano donatus ſit coronis muralibus quatuor, Vallar-
ibus quinque, Ovalibus duabus, civicis duabus, haſtis
puris decem, vexillis bicoloribus quatuor, palliis pro-
consularibus duobus, Toga prætexta palmata, Toga præ-
texta subarmali, profunda ſella elaborata.

3. Imperator Probus de quo idem ſcribit quod pu-
blicè in concione donatus ſit haſtis puris quatuor, coro-
nis vallaribus duabus aureis, torque aureo uno, patera fa-
ſticali quinque libri.

VIII. Quæ omnia demum applicantur ad pacem &
demonſtratur, quod quæ promotione & reſtitutione pacis
Corona acquiritur, multo melior ſit, non una ſed inſi-
gis Coronis obſidionalibus, Civilibus Muralibus, Na-
valibus, & cujus eminētiæ & dignitatis ſint alia. teſte Poeta
qui inquit quod.

Pax optima rerum
Quos homini novissedatum paxuna triumphis,
In numeris melior.

I X. Quemadmodum illud ipsum conclusivè com-
memorando, in secunda hujus Exegetes parte Theolo-
gica, nempè antecedentium historiarum applicatione, ut
& decem meis aliis scriptis Pacis Germanicis, in quibus i-
psa pacis realia pertractabuntur, Deo volente pluribus de-
monstrabitur, quæ benevolus Lector successivè producen-
da patienter expectare velito.

X. Et interea si quis fuerit, qui plura de Coronis &
antiquis illarum usibus scire desideret, ille consulere po-
test è veteribus scriptoribus Mnesteum & Callimachum
Medicos, Plin. lib. 12. Natal. hist. cap. 3. Valer. Maximum
lib. 2. Exempl. cap. 1. Sabell. lib. 7. Ennead. 7. Alex. ab
Alex. lib. 4. cap. 11. & 18. Gellium. Noct. Attic. lib. 5. cap.
6. Blondum Floriliviensem de Rom. Triumphantे Volan-
teranum Philol. lib. 26. Dionysium Halykarn. antiqu. Rom.
pag. 462. Iohani Antonium Valtrinum de remilitari pag.
381. cum voto finali,

Nulla salus bello pacem te poscimus omnes.

F I N I S.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn793004969/phys_0055](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn793004969/phys_0055)

DFG








Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn793004969/phys_0058](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn793004969/phys_0058)

DFG



the scale towards document

i alter, & Augustus Cæsar, qui ultimus obſi-
onam impetravit.
na civica Ciceronem L. Lælius decoran-
ob sedatam pernicioſiſſimam Catilinæ con-
onam Muralem, Hōſtiū, Hōſtilius con-
onam Roſtratam, Titus Vespasianus,
mphalem Poſthumus Diſtator,
niverſaliter verò ſive coronas multas, &
ia dona militaria paulo ante commemorata
t. olli. ioribib 321 audita mire illi auti me
cinius Dentatus, de quo memorant hiſto-
præliatus, octies ex provocatione Viſtor
cicatricibus in facie & nulla adverſo tergo
caperit 25. torquibus tribus, 80. Armillis.
Civicis 13. aureis, 8. muralibus, tribus ob-
ornatus sit, quemadmodum teſtatur Iohan-
ninus Iefuita in libro de re militari pag. 381.
officina pag. 606.
ianus de quo autor eſt Vopiscus, quod a
atus ſit coronis muralibus quatuor, Vallis
Ovalibus duabus, civicis duabus, haſtis
vexillis bicoloribus quatuor, palliis pro-
uobus, Toga prætexta palmata, Toga præ-
i, profunda ſella elaborata.
tor Probus de quo idem ſcribit quod pu-
ne donatus ſit haſtis puris quatuor, coro-
uobus aureis, torque aureo uno, patera fa-
re-libri.
Quæ omnia demum applicantur ad pacem &
quod quæ promotione & reſtitutione pacis
iuit, multo melior ſit, non una ſed inſi-
ſiſionalibus, Civilibus Muralibus, Na-
eminentiz & dignitatis ſint aliae teſte Poeta

G

Pax

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.
Patch Reference number on UTT